

LINGUA STAROSLAVICA

Scipsit:

Dr. Nicolaus Russnák
Prof. Univers. Bratislavaensis.

Cum approbatione Rdmi Ordinariatus.

Ks 50-—

Sumptibus Typographiae de S. Nicolao nuncupatae.

F R A G O P O L I

1 9 4 3

LINGUA STAROSLAVICA

Scriptit :

Dr. Nicolaus Russnák
Prof. Univers. Bratislavaensis.

Cum approbatione Rdmí Ordinariatus.



Sumptibus Typographiae de S. Nicolao nuncupatae.

FRAGOPOLI

1 9 4 3

Nihil obstat.

Fragopoli, 4. VIII. 1941.

Josephus Āulai,
censor.

Nr. 2888.

Imprimatur.

Fragopoli, 5. VIII. 1941.

L. S.

Paulus,
Episcopus.

Praefatio brevis.

Linguae Staroslavicae operam navando rationem fateor mihi fuisse trinam.

Primo: dignitatem idiomatis Staroslavici, quod sacrum est, cum ab Ecclesia Catholica in usus ecclesiasticos tum in Oriente tum in Occidente applicetur et liturgicos. Dignitas haec pro praesenti unica censenda est, lingua honore recensito existente nulla alia.

Secundo: venustatem et perfectionem linguae nostrae propriam, quae decori aequiparanda est reginae linguarum, seu Graecae et quae huic facile par est: Latinae.

Tertio: ipsum momentum linguae Staroslavicae, quae fons est idiomatum nationum Slavorum cunctorum, ex qua non tantum radix, sed ipsa etiam explicanda est linguarum Slavorum quorumcunque origo.

Haec prae oculis habendo rem monstrare studui probando Ecclesiam Catholicam in idiomate Staroslavico pretium habere providentiam divinam attestans summi momenti, quod cognoscere et suum facere nostrum, qui se Slavos profiteri gloriamur, debet esse omnium.

Cunctis secus iudicio S. Sedis Apostolicae subiectis sin' exceptione quibuscunque.

Datum in Prešov, festo SS. App. Petri et Pauli, a. 1942.

AUCTOR.

Lingua Staroslavica.

Materiam de idiomate Staroslavico in trinis proponemus partibus.

In prima parte principia communicabimus de lingua citata generalia; in altera leges perlustrabimus idiomatis grammaticales; in tertia parte sermonem instituemus de Syntaxi.

Cuncta haec prout scopo nostro corresponderint.

PARS I.

Principia generalia.

Materiam huc pertinentem capita illustrant ipsa, quae sic recensebimus.

§ 1.

De nomine linguae Staroslavicae.

Idioma, quod sancti Slavorum omnium Apostoli in usum Ecclesiae Catholicae ss. Cyrillus et Methodius introduxere liturgicum, ab aliis aliter dicitur et nominatur varie. Quidam illud nominant: Vetero-Slavicum, alii Prisco-Slavicum, vel Palaeo-Slavicum, alii Staroslavicum vel Ecclesiastico-slavicum.

Alii linguam Slavenicam volunt, vel Slovanicam, aut Slovenicam appellare, dispescendo eandem in duo genera idiomatum

Slavorum : idioma ordinis primi seu : A, et idioma ordinis secundi, id est : B.

Ad primam classem pertinent : Russica seu Rossiana, Slavica vetus, Illyrica seu Serbica, Croatica et Slovenica in Carniolia, Stiria et Carinthia, hodie partim Italia, partim quae fuit Jugoslavia. Ad secundam classem : Slovaca,¹⁾ Bohemica, Sorabica seu Vendica in Lusitania superiori et Polonica. Alii distinctionem idiomatum Slavorum faciunt simpliciter territorialem, dispescendo illa in Septentrionalia et Meridionalia, quibus accedunt idioma Slavica plagarum Orientalium et Occidentalium imo dicta : Centroslavica.²⁾

Imo dantur auctores, qui linguam nostram Vetero-bolgaricam malunt dicere,³⁾ affirmando ss. Cyrillum et Methodium Evangelium idioma Vetero-bolgarico praedicasse.⁴⁾

Priores dicunt linguam nostram de temporis antiquitate nominandam esse Vetero-slavicam, cum epocha, qua usus eiusdem exordiebatur ecclesiasticus, non tantum relative, sed in se quoque dicenda sit antiquissima. Alii affirmando idioma in usum ecclesiasticum receptum et hodie adhibitum non illud esse, quod vetus, vel dici debeat antiquissimum, sed characterem manifestare temporis prae antiquo magis novum seu relative recentem. Posteriores rationibus fulciti suis linguam nostram ex usu ecclesiastico nominant Ecclesiastico-slavicam, in qua denominatione pondus termini applicatione gravatur Ecclesiae Catholicae liturgica.

Quidquid sit de argumentis sententiarum a fronte diversarum, unum certum debet esse omnibus, hypothesis sic declaratis terminos nullatenus dici posse alterum-alterutrum excludentes. Per se patet, linguam nostram vocari posse tum Vetero-slavicam, seu Staro-slavicam, tum Ecclesiastico-slavicam, cum rationes pro utraque denominatione validas esse nemo non videat. Vetero-

1) Cf. Acta eruditae Societatis Slovacae. I. Linguistica Slovaca. Bratislavia, 1940. pag. 5.

2) (Ib. pag. 64. u. t.)

3) Cf. Jos. Dobrowsky : Institut. linguae slavicae. Vindobonae, 1822. pag. III. in Praefatione. — Szabó Eumén : Egyházi-szláv nyelvtan. Ungvár, 1894. Bevezetés, 3. old.

4) Leskien, prof. univ. Lipciensis ; Szabó, l. c.

slavica, tum quia lingua in usus Ecclesiae Catholicae applicata modernos antiqua est, tum quia character linguae ecclesiasticae usu sancitae in se idem est, qui idioma determinat sic dictum antiquissimum slavicum. Dicitur posse illam Ecclesiastico-slavicam argumentis probari non debet.

Qua speciale quid usus considerandus est S. Sedis Apostolicae novissimus, quo nomino S. Sedes Apostolica linguam nostram recentissime nominare pergat. E testimoniis huc pertinentibus patet, S. Sedem Apostolicam linguam nostram vocare: Staroslavica, qui terminus susceptus ex ipsa linguae applicatione, idem significat, ac terminus: Vetero-slavica, vel termini superius expositi reliqui, eo cum discrimine, quod in forma ponatur idiomatis ipsius. De termino enim: Vetero-slavica, pars termini: Vetero- idem significat, ac Staro (ex старъй), quapropter nomen: Staroslavicus, vel de lingua: Staroslavica, idem significat, ac terminus Latinus: Vetero-slavica, vel in forma Graeca: Palaeoslavica. Sic enim nominatur in ordinibus S. Sedis Apostolicae officium modumque determinantibus celebrandi ab Orientalibus annum de Christo Salvatore 1933. jubilaum. Ibi enim officium nobis praescriptum sic communicatur: C. Staroslavice: „Послѣдованіе юбилея Искупителя“, quod est: ordo Jubilaei Redemptoris vetero-slavicus.¹⁾ Usus sic a Sede Apostolica inauguratum momentum habere determinans, nemo inficias ibit. Palam profiteamur, usum sic propalatum causam esse et rationem applicandi terminum a nobis quoque.

Ex quibus patet, nullum terminorum recensitorum dici posse exclusive sive bonum, sive malum, seu terminum ad excludendum alterum, sed applicari posse quemcunque, quod certum debet esse cunctis. Nostra ex parte, suffulti terminologia auctoritatis ecclesiasticae supremae, seu S. Sedis Apostolicae, quae in decreto superius assumpto ex ore S. Congregationis pro Eccl. Or. legitur, terminum praeeligimus: Lingua Staro-slavica, eo vel magis, quia in illo omnia, prout videbimus, manifestantur rei characteristicam palam.

¹⁾ Decretum S. C. pro Eccl. Or. latum 3. IV. 1940. et communicatum in: A. S. Ap. Nr. 9. dd. 14. VII. 1934. pag. 398.

§ 2. De origine linguae Staro-slavicae.

Fundamenta linguae seu idiomatis Staroslavici ubi et quando iacta essent prima, nemo certe determinare hodie potest. Testimonia enim tum antiquitate dissolvuntur temporum, tum defectu datorum vulgo emolliuntur historicorum.

Exordium idiomatis antiquitate obnubilatum vetustate temporum dissolvi testamur.

De hac re tamen quaedam nobis dicenda esse palam est omnibus.

Non nostrum est historiam scribere Slavorum, sententias nisi a longe recitare intendendo, commemoramus quosdam persuasos esse: Scythas, alios Sarmatas — Slavos fuisse.¹⁾ Dantur auctores, qui opinantur Slavos ortum suum a Phoeniciis habere, imo A. Frenzel²⁾ putat, Slavos ex Hebraeis oriri. Alii autumant Slavos ex commixtione esse populorum antiquissimorum, prout: Thracum, Macedonum. Gotorum, Dacorum, Sarmatorum, vel Scytharum. Alii affirmant Slavos inde a temporibus antiquissimis territoria inhabitasse inter flumina Dniepr et Wolgam sita.³⁾

Iuxta sententiam auctorum a Pelesch publicatam aliorum Slavi ex Asia annis circa 1800 ante Chr. n. territoria occupabant Danubii inferioris, ex quo versus plagas regionum se extendendo, assumptis nominibus novis in gentes se explanabant varias, ex quibus facti sunt: Russi seu Rossiani, sic dicti Rutheni, Čechy, Moravani, Slovaci, Poloni, Serbi, Chorvati, Sloveni, Carinthiani, Bulgari, Pomeriani, seu ad ripas maris habitantes, et alii. De Slavis mentionem faciunt auctores classici. Sic Plinius,⁴⁾ Tacitus,⁵⁾ Ptolomäus,⁶⁾ qui Slavos nomine commemorant VENDORUM.⁷⁾

1) Cf. Dr. Beskid: „Кириллица и Глаголица.“ Prešov, 1930. pag. 10.

2) A. Frenzel, de origine linguae Sorabicae. Budiss. 1693—6.

3) Cf. Dr. Jul. Pelesch: Geschichte der Union der Ruthenischen Kirche, mit Rom. Wien, 1878. t. 1. § 3. pag. 6.

4) Plinius, 4. 13.

5) Tacitus, Germania, c. 46.

6) Ptolomäus, 3. 5.

7) Cf. Pelesch, 1. c. pag. 8. et squu.

De Slavis loquitur historicus Russorum Nestor antiquissimus, qui dicit, Slavos a vetustissimis inde territoria incoluisse circa Danubium temporibus, quae hodie Bulgari et Hungari inhabitant et exinde versus plagas divertisse varias, et fundamentum stravisse nationum variarum. Et addit: ab iisdem Slavis et artem scribendi divulgatam esse eorundem propriam.¹⁾

Quod originem attinet denominationis Slavorum, alii putant illam esse ex voce: slava, quae gloriam significat. Alii nomen Slavorum ex termino derivant: slovo, seu verbum, quod sermonem ab aliis significat intellectu perceptibilem. In oppositione illorum, quorum verba non intelliguntur, quique qua muti: нѣмые, nomine dicebantur: нѣмцы, quod in termino moderno etiam conservatum est nominando Germanos нѣмцы, seu respectu Slavorum tales, quorum sermo nobis imperceptibilis est. Quidquid sit de opinionibus, consulantur etymologi.

De interpretando termino ex verbo: slava, in monasterio S. J. Velehradensi inscriptio legitur sequens:

Slavne Slavy Slavnych Slavov slavne slavme Slavnych Slavov slavnu slavu.

Quod significat: Slavi gloriosi Slavorum gloriosorum, gloriose glorificemus gloriam glorificatam Slavorum gloriosorum.

Prout patet: dictum slavice radicem adhibendo unicum, in aliis idiomatibus inexpressibile est.

* * *

Ubi incunabula posita essent linguae nostrae primordialia, ex defectu monumentorum in praesenti certe stabiliri nequit. Et in hoc mirum est, idioma memorialibus explanationum carens in primo statim ad perfectionis parnassum elevatum usuque practico elatum esse!

Prout usus idiomatis biblicus et liturgicus testantur, in versione librorum Ecclesiae Catholicae officialium, lingua a sanctis Apostolis Slavorum adhibita in primo instanti explicata atque apparet expolita adeo, ut linguae de iure aequiparari debeat Graecae. Gaudet enim vocabulorum ubertate, expressionum

¹⁾ Nestor, Chronica, cap. 3.

varietate, formarum abundantia et grammatices subtilitate, quae cuncta simul considerata linguam Staroslavicaam usui ecclesiastico probant praedestinatae et praedicant adhibitae universim. Linguis enim Ecclesiae Catholicae antiquissimis: Graecae et Latinae, nil cedendo perfectioris, qua applicatione summe extensa, digne adnumeranda est explanatissima. Terminis enim gaudet ad exprimendos conceptus S. Scripturae et revelationis divinae aptissimis, et usu commendatissimis et applicando correspondentissimis.

Perfectio linguae Staroslavicae ab Apostolis Slavorum ss. Cyrillo et Methodio usitatae probat factum, Sanctos nostros pervagando territoria inde ab Urbe Constantinopoleos versus septentrionem et plagas occidentales cuncta, ubique notitiam invenisse idiomatis Staroslavici, qua matris omnium linguarum Slavicarum, quo utendo multum iuvaminis habebant populos accersendo Evangelio Christi Slavos. Ex quo una cultura patet linguae nostrae usu excolitae ab origine fructuosissime. Impossibile enim est, ut idioma artificialiter — prout quidam putant — excogitatum arteque constructum medio inservire posset Evangelio propagando amplissime.

Usus enim linguae in officiis ecclesiasticis Slavicae nationibus, in quibus Apostoli Evangelium praedicabant, domesticae, vel saltem cognitae optime, multum in accersendis fidei christianae iuvamini erat populis.

Et hic statim theorema eliminandum habemus quorundam rei nostrae infaustorum, quod est, linguam ss. Cyrillo et Methodio usitatam aliam fuisse, quae nostra est in ordine liturgico adhibita sacro.

De quo in paragrapho sequenti.

§ 3.

**Lingua Staroslavica a ss.
adhibita Cyrillo et Methodio eadem est
ac lingua usitata Ecclesiastica hodie nostra.**

Adversarii linguae nostrae liturgicae theorema excogitabant vafrum, affirmando linguam ss. Cyrilli et Methodii a nostra diversam fuisse. Imo dantur alii, qui non animadvertendo astutiis

affirmant, diversitatem hanc tam magnam esse, quae ipsum etiam exposcat ad designanda idiomata terminum novum, dicendo linguam Sanctorum Staroslaviam nostram vero Ecclesiastico-Slavicam esse.

Ipse Eumenius Szabó in opere prius citato¹⁾ dicit linguam a ss. Cyrillo et Methodio usitatam originalem dispescere ab illa, qua Slavi in ordine liturgico utuntur hodie, et quidem discrepare adeo, ut prior seu emortua, vel prout ille ait, artificiose constructa — *münyelv* — dici debeat, non vero illa a nobis in ritu nostro applicata in praesenti, quam vivam refert. Szabó inter linguam liturgicam nostrae aetatis: Языкѣ церковно славянскій новаго періода — et inter linguam a Sanctis Cyrillo et Methodio adhibitam differentiam ponit, quam posteriorem Palaeo-Slavicam dicendam esse affirmat.

Conclusionem auctoris extremitate laborare, nullatenus negari potest, quapropter illam recusando simpliciter, reiiciendam esse censemus. Quod vero attinet adnotationem de lingua artificiose constructa — *münyelv*, — illam inferius in §-o separata scrutinio subiiciemus.²⁾

Ad confundendam hypothesin alienorum rei nostrae adversam sufficiat exempla citando simpliciter probare contrarium.

En specimen textus Evangelii ex Codice Evangeliorum Ostromirensi³⁾ antiquissimo comparatum textui liturgico hodie a nobis adhibitio, quod ex saeculo est XI., et qua documentum identitatis idiomatis nostri dirimens tenendum est.

De forma paradigmatis adnotandum habemus, eandem non rationem dare Evangelii Ostromirensis originalem, quae externe certe alia est, sed constructionem verborum et litterarum, quae ad iottam servantur eadem. Specimen textus ipsius in forma originali dabimus serius, ubi de forma Codicum externa loquemur. Cf. pag. inferius subsequentem.

1) Cf. pag. 6.

2) V. § 24.

3) Evangelium Ostromirense descriptum est a diacono Fregorio, aa. 1056-57. in Velikij-Novgorod, quod ex ipso patet manuscripto, habente adnotationem amanuensis originalem. Evangelium citatum conscriptum est iuxta pericopas singulis Dominicis inde a Paschate in officiis decantandas. Inter evangelia habentur synaxaria, seu breves descriptiones festorum et sanctorum. Evangelium testante amanuensi descriptum erat in usum magistri civium Ostromir. a quo et nomen sortitum est.

Матѣ. гл. V. ст. 1—12.

а) Изъ Остромирова Евангелія 1).

Оузырѣвъ же народъ мѣноу. възиде на горѣ и яко сѣде. пристѣпѣша къ нему. оученици его. и откърѣвъ уста свои оучаше ѿ глѣа.

Блаженни. нищии дѣломъ. яко тѣхъ ксть црствіе ивснѣо. Блаженни. плачѣщии сеа. яко ти оутѣшатся. Блаженни кротции. яко ти наследѣтъ земаю. Блаженни. алчѣщии и жаждѣщии правды. яко ти наситатся. Блаженни. милостивии. яко ти помилѣвани бѣдѣтъ. Блаженни чистии срдцьемъ. яко ти бѣ оузрѣтъ. Блаженни смирѣщии. яко ти спѣе вѣши нарежѣтся. Блаженни изгнѣани правды ради. яко тѣхъ ксть црствіе ивснѣо. Блаженни кстѣ. когда поносѣтъ вамъ, и ижденѣтъ. и рекѣтъ всѣмъ волъ глѣа на вы. ажѣще мене ради. Радѣйтеся и веселѣтеся. яко мзда ваша. многа ксть на ивсѣхъ.

б) Изъ бібліи, изданной въ XIX^{омъ} столѣтіи.

Оузрѣвъ же народы. възиде на горѣ: и сѣдѣ емаѣ, пристѣпѣша къ немѣ оученицы его. И ѿверѣвъ уста свои, оучаше ихъ, глагола:

Блаженни нищии дѣломъ. яко тѣхъ ксть црствіе ивснѣо. Блаженни плачѣщии: яко ти оутѣшатся. Блаженни кротции: яко ти наследѣтъ земаю. Блаженни алчѣщии и жаждѣщии правды: яко ти наситатся. Блаженни милостивии: яко ти помилѣвани бѣдѣтъ. Блаженни чистии срдцемъ: яко ти бѣ оузрѣтъ. Блаженни миротѣорцы: яко ти спѣе вѣши нарежѣтся. Блаженни изгнѣани правды ради: яко тѣхъ ксть црствіе ивснѣо. Блаженни кстѣ, когда поносѣтъ вамъ и ижденѣтъ, и рекѣтъ всѣмъ волъ глагола на вы ажѣще, мене ради. Радѣйтеся и веселѣтеся. яко мзда ваша многа на ивсѣхъ.

Ex documento prolato patet: linguam Staroslaviam a ss. Cyrillo et Methodio liturgicam factam in forma sua originali nihil discrepare ab illa, qua hodie utimur, quae vero modificationes inter easdem manifestantur accidentales, nullatenus habendae certe tales, ut linguae dicendae essent diversae. Discrepantia enim nisi expressionem respicit signorum quorundam externorum, seu litterarum, vel prononciationem formarum, vel ipsam rationem scribendi litteras, quae antiquitus adhibebantur in forma externe aliae, vel saltem forma patebat earundem hodie nobis abolita.

Varietas enim linguarum a discrepantia dependet grammatices et syntaxis, quae in lingua Staroslavica eadem sunt ac in nostra ecclesiastica.

Idem dicendum est de ubertate et copia verborum, quae eadem sunt et linguam ostendunt nimium in modum expolitam quidem, sed omnino eandem.

Si quae diversitas in externis, sic ponamus: omissio soni per nares olim explicati, nihil momento censendam illam esse patet, siquidem pronuntiatio vocum externa ab ipsa dependet nationum diversitate. Verba latina aliter proferuntur et exprimentur ab Anglis, aliter a Gallis, aliter a Talianis et aliter, ut reliquos omittamus, a Slavis quibuscunque. Quis tamen somniaret linguam latinam in ore Francorum aliam esse ac prononciatam a Slavis, vel ab Italis. Ut rem exemplo monstremus, en verba: magnas pugnas pugnare; Taliani sic proferunt: mañas puñas puñare. Simpliciter audiendo voces quis inopum illas ex latino putaret haustas esse fonte.

Ulterius certum est omnibus, mutationibus accidentalibus linguam vel linguas non fieri diversas. Sic Ecclesia Catholica in ritu Occidentali idiomate utitur Latino, cuius grammaticam et syntaxin a saeculis experimur stabilitas, et tamen in usu ecclesiastico mutationes videmus formarum permultas. Sic v. c. ablativus in declinatione tertia formatur — ut mos est — cum litera: „i“, quae iuxta regulas deberet esse: „e“. V. c. virtute constanti . . . Vel ut exemplum diversitatis proferamus in syntaxi: en regula linguae latinae verbum: venire — coniungi cum supino: veniam ambulatum, quae forma in usu ecclesiastico apparet alia: „inde venturus est iudicare vivos et mortuos“. Quis tamen tam insulsus esset, ut linguam Ecclesiae Catholicae illa, quae

Romanorum erat, diceret aliam. Ludibrio reputandus certe, qui talia affirmare ausus fuerit. Nisi nostris momi praeplacent, qui dissonantias minimas licet parati sunt affirmare vel novitates sufflare magnas, obliviscendo asserta in nocimen esse rei nostrae, eo magis rei Catholicae.

Ex his certum est, ss Cyrillum et Methodium praedicando Evangelium lingua nostra Staroslavica, vel si mavis: Ecclesiastico-slavica, quod idem est, culturam apud Slavos invenisse ope idiomatis Staroslavici expressam summeque expolitam, quam S. Sedes Apostolica cognoscendo et agnoscendo optime, testimonium idiomati nostro perhibebat auctoritate supremum atque perfectionem linguae extollens adeo, ut qua lingua liturgica idiomatica aequans censenda sit Graecum et Latinum antiquissima ipsa.

Idem probant specimina e Codicibus diversae aetatis hausta varia, quae protulisse sufficiat, cum demonstratio theseos nostrae sint ad hominem.¹⁾

Sic:

a) e Cod. ꙗ membranaceo in 4. Bibliothecae Synodalis Mosquae, secundum catalogum saec. X., at certe saeculo integro aut duobus, serius scripto.

V. 4. Ps. 90-i v. c. sic sonat:

4. ПЛЕЩЕМА СВОИМА ДСѢНИТЬ ТМ ::
И ПОДЪ КРНЛѢ І-ЕГѠ НАДѢ-ЕШИСА ::
ЩИТОМЪ ОБИДЕТЪ ТА ИСТИН-
НА І-ЕГО ::

b) Ex antiquissimo libro ѡзборникъ dicto, quem scripsit Johannes clericus (дѣакъ) Duci Svjatoslavo A. M. 'сѣѡла (seu Christi 1073.) Сар. ѡа сѣааго васнѡна дѣтѣ Трѡѡдовънзѡхъ.

Ѡште вѣроуі-емъ гѣн глатолюштоу іако вьсь творѡн грѣхъ рабъ і-е грѣхоу и пакѡ вѡ отъ оѡца дѡнѡвола і-есте. и похотѣнѡна оѡца вашѡго хоштете творити. Да вѣмъ іако не

c) E Cod. ѡ. e Typographia in bibliothecam synodalem Mosquae illato, Evangelistarium continente, membraneo in 4. secundum Catalogum Saec. XII. Matth. 15. 19.

¹⁾ Specimina sumpsimus e libro Jos, Dobrowsky, 1. c. pag. 627-et squ.

Ѡ срдца бо неходать помѣшленія зла. оубиства. любодѣ-
танія. таткъв. лажнага послѣшества хоуано глани-е...

d) E Cod. í (olim Typographiae) membranaceo in 4. se-
cundum catalogum saeculi XII. Continet lectiones ex Apostolo.
1. Joh. 5. 6.

іако дѣхъ і-есть истинна. три сѣть послушествоюще. Дѣхъ и
вода и кръвь и три-е въз і-едино соѣтъ...

e) E Cod. Synodalis (olim patriarchalis) Bibliothecae Mosquae,
Nro 6. membranaceo, in folio grandi anno 1220. scripto, qui
epistolas Pauli ad Romanos, Corinthios, Galatas, Ephesios, cum
Commentario continet. Dividitur textus in чтенія, главы, свидѣ-
тельствва, et гранеса i. e. in lectiones, capitula, testimonia et
versus. 1. Cor. 15. 47. 48.¹⁾

Първыи чѣкх Ѡ земля прѣстѣнх възтори члѣкх гь сѣ несе :.
... Ко прѣстѣнны. такови и прѣстѣнни и іако нѣнни такови
и нескни :.

f) E Cod. 36. scripto anno mundi 6917., i. e. 1409., mem-
branaceo in 4. majori, continente lectiones ex Evangeliiis. Lucae,
1. 1. 2...

1. понеже ѣбо мнози начаша чинити. повѣсть о извѣстныхъ.
въ насъ вѣщехъ —

2. іакоже прѣдаша намъ бывшии искони. самовидци и слѣгъ
словесн...

g) E Cod. membranaceo in 4. olim Hankiano, nunc Vindo-
bonensi Caes. Bibliothecae, caeculi XII. aut XIII. (non VIII. uti
visum fuit pristino possessori), apud Griesbachium N. 1., qui
potius вѣщникх, quam Hirmologium dicendus fuit. Continent
praeter Odas ex Octoicho etiam lectiones ex Evangeliiis et Epi-
stolis. Luc. 24. 12...

12. Петрѣ възставъ тече къ тробѣ. и приникъ видѣ ризы
лежаща і-едины. и иде бжсебѣ дивѣса бывшемоу...

h) E Cod. Bononiensi Bibliothecae S. Salvatoris, continente
Psalterium cum Commentario, qui false s. Athanasio adscribitur.

¹⁾ Idem versiculi continentur in ꙗ membranaceo in 4., ejusdem Biblio-
thecae, ann 1307. scripto.

Ex hoc Codice Nicolaus Antonellus, qui Interpretationem Psalmorum s. Athanasii Romae, 1746. fol. edidit, in Praefatione p. XIX-XXI. specimen exhibuit. Psalmum primum ibidem non sine vitiis pluribus, a literarum similium permutatione et signorum ѡ et з confusione ortis, editum hic restituere conatus sum (sic auctor), ad normam orthographiae veterum Codicum, cum Codicem ipsum inspicere mihi non liceat.

1. БЛАЖЕНЪ МЪЖЪ ИЖЕ НЕ ИДЪ НА СВЪКЪТЪ НЕЧЪСТИВЫХЪ: И НА ПЪТИ ТРЪШЬНЫХЪ НЕ СТА: И НА СЪДАЛИЦИ ГОУБИТЕЛЬ НЕ СЪДЕ.

2. НЪ ВЪЗАКОНЪ ГДНИ ВОЛА І-ЕГО: И ВЪ ЗАКОНЪ І-ЕГО ПОУЧИТЬСЯ ДНЬ И НОЩЬ...

i) E Cod. Glagolítico, quem Josephus Simon Assemanus Jerosolymis invenit atque Romam attulit. Continet Evangelia pro Dominicis et Festis secundum ritum Graecum. Matthaeo Caramano,¹⁾ qui eum Suída seu anno 1081. antiquiorem statuit, assentiri non possum (ita auctor Dobrowský), quamvis eum e Codice Cyrillico antiquo saeculi XIII. mutatis litteris Cyrillicis in Glagolíticas descriptum facile credam.

1. ИСКОНИ БЪ СЛОВО И СЛОВО БЪ ОУ БОГА И БГ БЪ СЛОВО. —

2. СЕ БЪ ИСКОНИ ОУ БОГА. —

Idem refutatio probat rationum pro sententia affirmante prolatarum.

Sic pro opinione diversitatem linguarum — prout putant — approbante provocant ad versiculum Evangelii s. Joannis primum, qui in Codicibus sic occurrit:

1. ИСКОНИ БЪ СЛОВО И СЛОВО БЪ ОУ БОГА И БОГЪ БЪ СЛОВО.

2. СЕ БЪ ИСКОНИ ОУ БОГА.

3. ВСА ТЪМЪ БЫША.²⁾

Vers. 14. И СЛОВО ПЛЪТЪ БЫСТЬ И ВСЕЛНСА ВЪ НЫ.³⁾

Quia versiculus hic in editionibus nostris aliter legitur, pronam opinantur illationem, linguas diversas esse. In Codicibus enim a nobis usitatis versiculus citatus sic est:

¹⁾ Aepiscopus Jadrensis lat. ritus. linguae Staroslavicae et artis Glagolíticae cognitor optimus. Dioecesis suam gubernabat mediante saeculo XVII-o.

²⁾ Cod. Glagol. inv. a Jos. Sim. Assemano Jerosolymis. Cf. Jos. Dobrowsky, 1. c. pag. 688. Specimina e Codicibus.

³⁾ Ibidem.

БѢ НАЧАЛѢ БѢ ГЛОВО . . .

En ergo dicunt in originali fuisse terminum: ѡскони, ex quo linguam s. Cyrilli originalem aliam fuisse concludunt; quae est nostra dicta ab iisdem Ecclesiastico-Slavica moderna.

Qui sic argumentantur, obliviscuntur terminum prolatum applicari in textu Evangeliorum nostrorum, et quidem in eodem s. Joannis textu, versiculo statim subsequente 2., qui sic est: сн бѢ ѡскони кѢ БгѢ . . .¹⁾

Idem terminus legitur in epistola Jo. 1. 2. 14.

ѡко познасте ѡсконнаго.

ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς.²⁾

Szabó in libro suo³⁾ pag. 19. suffixis probare conatur diversitatem linguarum, quae sic profert:

		Archaismusok	Ó-szlovén ragok	Mostani egyh. szláv ragok
Singularis	1.	мѢ	ж, ѡ	š, ю
	2.	сн	шн	шн
	3.	тѢ	тѢ	тѢ
Dualis	1.	вѢ	вѢ	вд, вѢ
	2.	та	та	та, тѢ
	3.	та	та	та, тѢ
Pluralis	1.	мѢ	мѢ	мѢ
	2.	тѢ	тѢ	тѢ
	3.	жтѢ, ѡтѢ, дтѢ и-дтѢ	жтѢ, ѡтѢ, дтѢ дтѢ	штѢ, ютѢ, дтѢ, дтѢ

Ex citatis patet, Eumenium Szabó opinari, differentiam linguarum prolatis sufficienter probari.

Retorquemus argumentum, quia recensio citata non diversitatem, sed e contra, identitatem demonstrat idiomatum sic dicti Staroslavici et Ecclesiastici nostri κατ' ἐξοχήν.

1) V. superius in nota prima.

2) Verba haec in Vulgata non leguntur.

3) Cf. pag. 6.

Aspectus recensio*n*i missus vel brevissimus identitatem linguarum confirmat plene.

En:

suffixa personarum in singulari 2. et 3., in duali omnia, in plurali pro personis 1. et 2. — verbotenus convenire exempla declarant. Suffixum enim in sing. pro persona 3-a citatum: тъ et тѣ nullam vim pro sententia adversariorum habet affirmativa, cum verba in persona 3-a in libris nostris etiam editionum variarum occurrant tum in forma prima, seu syllaba molle, tum in forma altera, seu syllabae crassae.¹⁾ De duali vero dicendum est, suffixa in columna ultima prolata aequae ad columnam pertinere penultimam, quae differentiam ostendunt generum.

Restant figurae pro persona in singulari prima et in plurali pro persona 3-a. Quae tamen nihil in bonum sententiae affirmativae habent, cum bene sciri debeat, hic nisi de differentia suffixorum externa sermonem esse. Quod enim in Codicibus antiquioribus exprimebatur ita, ut vocalis praedominans esset iuxta columnam ultimam, seu: ѣ, vel: ѵ, vel: ю, addito sono dentali, idem est ac in usu nostro hodierno, qui in columna legitur ultima. Idem dicendum est de figuris formarum pro persona tertia in plurali.

Assertum evidenter ex paradigmatis patet a nobis sive prolato pag. 12., sive profere*n*do, pag. nova, quod ultimum demonstrat litteram: ѣ saeculo 17-o etiam varie adhibitam fuisse.

Clarum ergo est, argumenta citata non esse pro diversitate linguarum, sed pro differentia archaistica tantum, quem archaismum Szabó etiam recenset.²⁾

En argumenta, quae thesin nostram probant evidenter, idioma s. Cyrilli et Methodii idem fuisse ac nostrum est in usu liturgico hodie quoque adhibitum.

¹⁾ Cf. в. с. Литургиконъ сирѣчь Служебникъ (Missale) Leopoli, 1866. pag. 262. col. 2. in lin. 8. et 9.

²⁾ Cf. Paradigma, pag. 17. col. 1.

§ 4.

De usu linguarum in ordine liturgico principali.

Duo hic consideranda veniunt. Primo, de usu idiomatum in liturgia principaliter sumpto; et secundo, de usu linguae Staroslavicae speciatim.

Hinc materiam in binas dispescemus partes. In parte prima agemus de usu idiomatum in ordine liturgico generatim; in parte secunda de usu eodem linguae Staroslavicae tractabimus specialiter.

§ 5.

De usu idiomatum in officiis divinis.

Nomine usus liturgici intelligimus applicationem idiomatum in ordine ecclesiastico legalem et a foro Ecclesiae Catholicae approbatam.

Quaeritur, quaenam lingua ab Apostolis et ab Ecclesia in officiis originetenus applicata fuerit liturgicis?

Sententiae diversae sunt. Alii dicunt Apostolos iam inde a principio idiomate usos fuisse Graeco, sicque linguam altaris omnium saeculorum primam fuisse Graecam. Alii affirmant, Apostolos linguam adhibuisse tum in orando, seu in offerendo Sacro, tum in praedicando Evangelium sibi et coevis tunc temporis Hierosolymis domesticam, seu linguam vernaculam, quae tunc Chaldaica, vel in dialecto Aramaica erat, qua et Christus Dominus utebatur. Praedicando Evangelium nationibus aliis, verbum Dei idiomate annunciabant eorundem proprio.

Argumenta pro utraque sententia proferri possunt firmissima, ita ut quaestio nostra adinstar veritatum mathematicarum solvi hodie nullatenus possit. Fatendum tamen est, sententiam primam, seu illorum, qui pro idiomate stant Graeco, argumentis probari magis positivis, dum sententia altera, tenens Ecclesiam Christi iam ab exordio idiomata adhibuisse nationum varia, argumentis superstrui plus theoreticis, seu rationis, alterutra

secus minime probata adeo, ut sententiae excluderentur contrariae. Ex quo patet, quaestionem de idiomate Ecclesiae Catholicae in officiis divinis applicato originali decerni indubitanter haud posse.

Qui pro lingua Ecclesiae primordiali certant Graeca, ad factum provocant ineluctabile: libros Novi Testamenti, si excipias Evangelium s. Matthaei, lingua conscriptos fuisse Graeca omnes. Imo Evangelium s. Matthaei etiam, licet originaliter conscriptum esset hebraice,¹⁾ deperdito textu originali, seu hebraico, statim ab initio nisi in versione Graeca adhibebatur, quapropter pro hoc etiam Evangelio textum Graecum adinstar textus initialis fungi a nemine in dubium vocari potest. Hinc affirmari potest, linguam paginarum sacrarum N. T. sine exceptione fuisse Graecam. In quo argumentum contineri pro usu idiomatis Graeci firmissimum, nullatenus negari potest. Usus idiomatis Graeci sic universaliter sumptus facile tunc temporis pro mundo applicatus concipitur universo, callentibus illud non solum viris scientia conspicuis, sed hominibus conditionis etiam inferioris. Iosephus Flavius v. c. testatur Romae usum linguae Graecae universalem fuisse, qua generaliter utebantur omnes, adeo ut plurimi essent, quibus usus idiomatis Latini conversando difficultates causaret.

Usus hic linguae Graecae temporibus antiquissimis a saeculis communis erat adeo, ut s. Scriptura A. T. etiam saeculo ex necessitate in idioma Graecum verti deberet ante Christum iam tertio. Diffusio idiomatis Graeci quodammodo medium constituebatur Evangelii tunc temporis propagandi universaliter, cum lingua Graeca iam a principio instrumentum esset culturae sic in orbe terrarum propalatae omnium.

Alii dicunt, hominibus — sit hoc loquendo vel scribendo necessarium — sermone quem caluerint utendum esse. Ex quo sequitur, linguam originetenus in officiis divinis applicatam fuisse unicam non, sed numero varias atque adhibendo plurimas, easque prout verbum Dei apud gentes praedicatum fuerit di-

¹⁾ Cf. s. Papiam, ap. Migne, Patrol. gr. t. 5. col. 1257. — Iren. Adv. haer. 1. 3. c. 1. — Origenes, ap. Eus. 1. 6. c. 25. — Euseb. Hist. Eccl. 3. 24. — S. Ioann. Chrys. Hom. 1. in Mt. n. 3. — S. Hier. de viris ill. c. 3. Praef. in Evang. ad Damas.

versas. Evangelium enim praedicandum Christus Dominus praecepit universae creaturae, ergo omnibus gentibus.¹⁾

Nil, quod opinioni contradiceret, affirmamus. Imo ex principio graeco seu orientali facile assertum agnoscendum esse testamur, praxi Ecclesiae edoceri nos, in Oriente idiomatica applicata fuisse principaliter plura eaque varia, prout Evangelium praedicatum fuerit gentibus et nationibus variis, atque linguis diversis. Huic principio innixus v. c. s. Joannes Chrysostomus, qua archiepiscopus Constantinopolitanus, praeconibus Evangelii inter Arabes concessit, ut iidem ad sacra convertendi verbo Dei idiomatice tum veritatem annuntiando, tum officia celebrando uterentur proprio iisdemque familiari, seu Arabico. Sic Card. Bona, cuius verba sunt: „Asserendum videtur Apostolos eo idiomatice in singulis regionibus usos fuisse, quod illis commune et vernaculum erat, et ita Hierosolymis chaldaice, Antiochiae vero Alexandriae et in aliis Graecorum civitatibus graece; Romae autem et in toto Occidente latine celebrasse.“²⁾ Iam Apostolus adnotat: „In ecclesiis volo quinque verba sensu meo loqui, ut et alios instruam, quam decem millia verborum in lingua“,³⁾ seu sermone audientibus impervio.

Non diiudicando sententiam sive affirmativam, sive negativam, seu in bonum idiomatici Graeco vel pluribus, factis innixi historicis, dicimus, ab initio linguam agitatam fuisse primo Graecam, cui in partibus Occidentalibus statim idioma successit Latinum, utpote a saeculis in Occidente applicatum. Saltem a non cultura imbutis.

Scopo nostro sufficiat adnotando adiungere principia de usu idiomatici in officiis ecclesiasticis in Ecclesia lapsu temporum efformata fuisse bina: alterum occidentale, alterum orientale. Iuxta Orientales idiomatica liturgica dantur in Ecclesia Christi varia. Causa est, quia officia divina idiomatice persolvenda sunt populo et fidelibus pervio, quod rationi consentaneum esse nemo inficias ibit. Principio huic innixi Orientales linguis celebrando in ecclesiis utuntur sequentibus:

¹⁾ Mr. 16. 15. Cf. Mt. 28. 19.

²⁾ Card. Bona: Rerum liturgicarum libri duo. T. 1. pag. 79.

³⁾ Cor. 1. 14. 19.

§ 6.
**Disciplina linguarum
liturgicarum Orientalis breviter pertractata.**

Benedictus Romanorum Pontificum XIV. de rebus orientibus optime meritus, in ep. sua encyclica: „Allatae sunt“¹⁾ dicit, terminos: „Ecclesia Orientalis“ et „Ecclesia Occidentalis“ communes esse, seu terminos prout ex ritibus constant diversis, iisque numero variis. Sic Ecclesia Orientalis constat ex ritibus: Graeco, Armeno, Syriaco et Coptico. Verba Pontificis sunt: „Orientalem Ecclesiam, omnibus notum est, quatuor²⁾ Ritibus constare: Graeco videlicet, Armeno, Syriaco et Coptico, qui sane Ritus universi sub uno nomine Ecclesiae Graecae, aut Orientalis“ intelliguntur.³⁾

In his Ritibus linguae liturgicae ex antiquissimis temporibus adhibentur variae. Sic:

I.

In Ritu Graeco, qui Byzantinus vocatur, adhibentur: lingua Graeca, Staroslavica, Walachica (novitus Rumenica dicta).

a) Linguam Graecam adhibent: Graeci et surculi eorundem. Huc pertinent sic dicti Italo-graeci etiam, qui in Italia posterius sunt Graecorum in Italia condam viventium, Ritus suum et linguam servantium in officii incolumem.

b) Lingua Staroslavica utuntur: fideles gentium Slavorum omnium, sic Rossiani, Russi (antea Rutheni dicti), Bolgari, Serbi et omnes alii.

c) Linguam Walachicam habent Walachi, qui nunc Rumenos se vocari optant. Antea hi quoque idiomate utebantur Staroslavico, a temporibus Rákóciánis adhibendo linguam propriam,

1) Bened. XIV. ep. enc. „Allatae sunt“, dd. 26. VII. 1755.

2) De quatuor loquendo intelligit Ritus in Oriente praedominantes, quia surculi accidentales dantur quam plurimi alii etiam. Sic Malabaricus, Maroniticus, Malacarius, Syriacus, Chaldaeus.

3) Benedictus XIV. l. c.

seu Walachicam. Rákóci enim ad devincendos sibi nationis animos, concessit, ut in officiis suis idiomate loco Staroslavici uterentur proprio, id est Walachico. Idioma hoc antiquioribus temporibus (saec. XVI. et XVII. imo XVIII.) maiore ex parte Slavicum erat, cui verba addebantur Walachica, imo hic-illic ipsa constructio quoque. Pedetentim tamen idioma plus et plus mutatum conspicitur, prout et ipsam linguam Walachicam hodie per gradus experimur transformatam. Ad ideam enim a Walachis novitus praesumptam confirmandam, se stirpem esse romanam, ex lingua verbis et expressionibus Slavicis gradatim eliminatis, loco horum verba formantur ex radicibus latinis fabricata, ut sic forma idiomatis externa etiam originem prae se ferat latinam. Ita ex usu idiomatis sic constructi hodie factum experimur, in usu ecclesiastico Walachorum linguam adhiberi viventem, quod contra spiritum est Ecclesiae Catholicae modernum et in praesenti palam agentis. Ut assertum exemplo probemus, en oratio consueta: ГОСПОДИ ПОМІЛШЙ apud Walachos antea audiebat: ДОННЕ МИЛШЕЦЕ, seu: Domne miluešče, hodie vero sic decantatur: Domne dure de spre noj.

II.

In ritu Armeno lingua usurpabatur Syriaca, nunc lingua Aramaica. De Armenis notandum est, illos licet Ritus Orientalis sint, sacrificando pane hodie uti azymo.

III.

In ritu Syriaco, qui dispescitur in: 1. Syriacum purum; 2. Syro-maronicum; 3. in Syro-chaldaicum; 4. in Syro-malabaricum, adhibetur lingua vetero-syriaca, respective linguae, quae sunt illorum, quorum nomen ferunt. Sic: Syro-maronica, Syro-chaldaica... etc.

IV.

Ritus Copticus, qui dicitur aliter Copto-aegyptiacus, linguam adhibet Copticam.

Assertis in prioribus enucleatis addimus, relationem quae est inter Ritus Latinum, seu Romanum, et Ritus reliquos in Occidente invenibiles in praesenti, eandem fere esse et inter Ritus Byzantinum Orientalium et reliquos Ritus Ecclesiae Orientis. Fideles enim pertinentes ad Ritus: Armenicum, Syriacum et Copticum relate ad Ritus Byzantinum numero dicendi sunt evanescentes, qui sequacibus repraesentati numero accidentali, hodie fere extincti dicendi sunt, nullatenus momentum habentes in diebus nostris illum, quo antiquitate decorabantur olim.

§ 7.

Principium occidentale.

Ex ep. enc. Benedicti XIV-i superius citata: „Allatae sunt“, patet terminum: „Ecclesia Occidentalis“ quoque communem esse, ritibus huc spectantibus variis, qui testante Pontifice sunt praeter Latinum, sive Romanum, ritus Ambrosianus seu Mediolanensis, ritus Mozarabicus, ritus variorum Ordinum, sic Cisterciensium, Franciscanorum, . . . et aliorum.

Prout in Oriente, sic in Occidente etiam respectu usus linguae altaris principium efformabatur speciale, quod dicitur principium occidentale.

Principium hoc affirmat et praxi confirmatum testatur, linguam in celebrando usitatam alteram praeter idioma Staroslavicum optime electam fuisse Occidentalium unicam, illamque Latinam. Optimum enim est et summe practicum, applicando idioma Latinum, officia lingua celebrandi sacra omnibus Christianis fidelibus, in toto orbe terrarum unica eaque usu facillima, atque sic Christianis organum praebere utendo aptissimum, quo spiritus fidelium practice coniungatur omnium unus. Et licet in Ritu Occidentali praeter linguam Latinam idioma usurpetur Staroslavicum etiam, principium Occidentale de lingua Latina notatum, retinendum nobis videtur, cum callentia linguae Latinae pro iisdem etiam valeat, qui stylo utuntur licet Staroslavico.

§ 8.

De usu linguae in divinis Staroslavicae speciatim.

Usus idiomatis Staroslavici duplex est. Primo, usus apud Orientales; secundo, usus liturgicus apud Occidentales. Est enim idioma Staroslavicum pro Ecclesia sancitum in bonum tum Occidentalibus tum Orientalibus.

De his singillatim.

§ 9.

Usus linguae Staroslavicae apud Orientales.

Historice omnibus notum est, ss. Cyrillum et Methodium linguam Staroslavicam in ordinem induxisse liturgicum, quae agendi ratio eorundem approbatione Romanorum Pontificum sanciebatur plus quam semel.

De usu idiomatis Staroslavici tractaturis ecclesiastico, primum de sanctis Cyrillo et Methodio, utpote Apostolis Slavorum omnium, vel Magistris eorundem,¹⁾ dicendum nobis breviter est.

SS. Cyrillus et Methodius a Leone Romanorum Pontificum XIII-o (1878—1903.), de rebus orientalibus perbene merito, in epistola sua encyclica: „Grande munus“²⁾ encomiis ditati summis, fratres erant et viri religiosi. S. Methodius natu maior vitam aspexit circa annum 798. et mortuus est 6-a Aprilis, anno 885. — S. Cyrillus vero, propter scientiam Philosophus dictus, natus est anno 827., vitamque consumpsit 14. Februarii, a. 869. Romae, atque sepultus in Ecclesia s. Clementis.³⁾ Nati sunt Thessalonicae

1) ОУЧИТЕЛИИ СЛОВЕНСКИХЪ. Molitvoslov, Unghvarini, 1895. pag. 817.

2) Leo XIII. ep. enc. „Grande munus“, dd. 30. Sept. 1880.

3) Solent adversarii affirmare, reliquias s. Cyrilli ex basilica s. Clementis ablatas fuisse, quod non ita esse probatur sequentibus.

Franciscus del Sodo de corpore s. Cyrilli in basilica s. Clementis testatur. De testimonio hoc in libro Jelič: „Fontes historici Liturgiae Glagolito-Romanae“. Vegla 1906. Auctor citatus sic habet: „Franciscus del Sodo ms. Cod. Vaticano, qui sua aetate Sancti Cyrilli sacellum ex dextero latere Basilicae ad ingredientium erectum fuisse tradit, ibique corpus eius requiescere“. Jelič, 1. c. saec. XVII. sub Nro 245. pag. 75. Cf. testimonium de reparatione basilicae et de restitutione reliquiarum in ecclesiam s. Clementis, ex 17. VIII. 1798. Ibidem, saec. XVIII. sub Nro 124. pag. 70. — Ib. saec. XIX. pag. 60., sub Nro 70. ex a. 1866., ubi recognitio altaris maioris Basilicae s. Clementis refertur cum reliquiis s. Cyrilli. Loco citato, saec. XIX. Nr. 96. pag. 83.

et Constantinopoli educati culturaque imbuti orientali, Apostoli facti sunt Slavorum omnium et gentium Slavonicarum regeneratores. Ecclesiastice celebrantur 11. Maji, ab Occidentalibus 5-a Julii, quo die novissime cultu decorantur a nobis quoque.¹⁾

Multum inter doctos quaestio agitur, cuius nationis essent ss. Cyrillus et Methodius. Alii dicunt illos natione graecos fuisse, quia ante activitatem apostolicam omnem fere vitam Constantinopoli agebant, culturaque graeca imbuti characterem manifestabant semper graecum. Alii dicunt illos origine slavos (macedones) fuisse. Assertum argumentis praeprimis ex patria et loco natiuitatis fulcitur depromptis, maxime vero ex dexteritate seu perfectione, qua lingua pollebant recte Staroslavica. Fere enim impossibile est, ut quis — peregrinae nationis — linguam perfectione calleat alienam tali, qualem Sancti nostri transponendo libros sacros et liturgicos praxi ostendere possessam. Utraque sententia fautores habet suos, quapropter quaestionem nationalitatis ss. Cyrilli et Methodii certitudine absoluta determinari non posse palam est omnibus. Nos argumentis moti ex scientia idiomatis accedimus illis, qui ortum professi fuerunt Sanctorum Slavicum. Cuiuscunque tamen nationis fuerint, certum est, eosdem opera exercuisse in bonum fidei Slavorum eminentissima, digni ut titulo Apostolorum Slavorum²⁾ condecorarentur ab omnibus. Ita enim nominat illos Leo Romanorum Pontificum XIII. in epistola superius allata.

Historia activitatis ss. Cyrilli et Methodii ex testimoniis eruitur sequens.

Agentibus Theodora imperatrice et s. Ignatio, patriarcha Constantinopolitano, s. Cyrillus officium Evangelium praedicandi suscepit prius inter Chazaros trans Chersonesum incolentes. Ex plagis Chazarorum Constantinopolin rediens vitam agere coepit monasticam, quam Methodius prius iam eligebat.

1) V. Molitvoslov, Unghvarini, 1895. pag. 817.

2) Titulo hoc s. Cyrillus dicitur iam a Joanne Dandulo Chronista ac Duce Venetiarum, a. 1350. Cf. Dr. Luc. Jelič, 1. c. saec. XIV. pag. 6. sub 8-o. Titulus hic notus est Slavis Orientalibus etiam. Sic: „Tabulae Graeco-Slavicae Bollandianae sub die 14. Febr. imaginem una cum inscriptione s. Cyrilli Philosophi et Slovanorum Apostoli exhibent.“ Cf. Jelič, ibidem, saec. XVII. pag. 22. sub. Nr. 69. ex a. 1628.

Rex Moraviae Rastislaus nuntio de activitate s. Cyrilli inter Chazaros accepto, imperatorem Michaellem III. accessit petendo, ut sibi praecones Evangelii mitterentur operum veteres. Imperator Sanctos in Moraviam mittendos curabat nostros, quo mandato evangelizandi accepto ss. Cyrillus et Methodius per Bulgariam iter faciendo ibique fidem Christianam cum effectu nuntiando amplissimo, Moraviam pervenerunt eamque Christianam et fecerunt catholicam. De hac Sanctorum nostrorum activitate Leo XIII. in ep. prius commemorata haec sapientissime testatur. „Ad eam rem non parum scientia valuit dictionis slavonicae, quam Cyrillus ante perceperat, multumque potuerunt sacrae utriusque Testamenti litterae quas proprio populi sermone reddiderat.“¹⁾

Activitas Sanctorum haec eventibus ditissima invidiam excitabat Germanorum, qui Cyrillum et Methodium coram S. Sede Apostolica accusabant false. Ab adversariis rei facti decretum acceperunt a Romano Pontifice, tunc temporis s. Nicolao I. (858—867.) Romam veniendi, cui viri apostolici aures praebebant oboediendo pronissimas. Romam veniendo honore salutati et excepti sunt permagno, adportantes secum ss. reliquias sancti Clementis Romani Pontificis I-i, qui circa a. 100 obiit. Causam suam coram Pontifice declararunt effectu vel maximo, quem agnoscendo Romanus Pontifex Hadrianus II. (867—872.) fratres in episcopos consecravit ipse.²⁾

Interim s. Cyrillus Romae e vivis sublatus est, atque sepultus honore „quo Pontifices Romani solent“,³⁾ ita ut comitatus non tam funeralis appellaretur, quam triumphi pompa.⁴⁾

S. Methodius Moraviam ad consueta apostolici muneris officia reversus, multa inde ab adversariis sustinendo mala, apostolicam activitatem suam ad nationes praeter Moraviam extendebat Liburnicas et Servias (seu Serbos), ad Pannonias et Bulgaros, quorum regem Cocelum ad fidem Christianam permovit suscipiendam. Non contentus activitate superius explicata,

1) Leo XIII. l. c.

2) Loco citato.

3) Ibidem.

4) Ib.

pervenit ad Dalmatas atque Carinthios, ibique notitiam veri Dei cultumque propagando Christianum plurima adlaboravit.

Inimici effectum operum s. Methodii in praedicando Evangelium lacessiti miraculoso, eundem Romae invidia tumescendo „de suspecta fide violatoque more maiorum“¹⁾ accusabant iterum. S. Methodius Romam veniendo iteratim causam suam coram Pontifice novo, Joanne VIII. (872—882.), qui successor factus est Hadriani II., dixit salutifere. Accusatus de usu sermonis in officiis divinis Slavici, s. Methodius accusationem dissipando facilis erat. Rationes enim de usu linguae Staroslavicae in officiis ecclesiasticis diluit, provocando ad veniam ab ipso Hadriano acceptam clare, ac omnibus ope litterarum Pontificalium confirmatus Moraviam rediit, atque caritatis fideique Pontifici Maximo cunctaeque Ecclesiae Romanae vinculo coniunctus arctissimo, munus sibi adsignatum explere multo vigilantius perseveravit.

Nec fructus defuit, nam principe Bohumorum Borzivoj, uxoreque eius s. Ludmilla baptizatis, Evangelium in novas induxit plagas. His communicatis Leo XIII. sic prosequitur: „Per eadem tempora Evangelii lumen in Poloniam invehendum curavit: quo cum ille per mediam Gallaeciam penetrasset, sedem episcopalem Leopoli statuit. Inde, ut nonnulli tradiderunt, in Moscoviam proprii nominis digressus, thronum pontificale Kio-wense constituit.“²⁾

Moraviam redux, vitam activitate Evangelium dilatandi apostolicam, in Velehrad, prout fertur, terminavit celeberrimam.

Sancti nostri, Cyrillus et Methodius, usum exordiendo linguae in ordine liturgico Staroslavicae, summis extollendi sunt laudibus. Effectus enim activitatis eorundem evangelicae non solum spiritui adscribendi sunt fratrum apostolico, sed introducto ab iisdem in Ecclesiam idiomatici Staroslavici etiam, quo iure merito a Leone encomiis honorantur vel maximis, quia divulgandum Evangelium dilatare „non parum scientia valuit dictionis slavicae, . . . multumque potuerunt sacrae utriusque Testamenti literae, quas proprio populi sermone reddiderant.“³⁾

1) L. c.

2) Leo XIII. l. c.

3) Loco citato.

Ita Romanus Pontifex. Apostoli Slavorum introducendo in usum liturgicum idioma Staroslavicum, benedictionem nacti sunt Pontificum variorum apostolicam, Hadriani II., praeprimis Joannis VIII-i, qui posterior in epistola sua ad Suentopolcum Moraviae principem sic de re nostra ordinabat: „Literas Slavonicas, . . . quibus Deo laudes debitae resonant, iure laudamus, et in eadem lingua Christi Domini Nostri praeconia et opera ut enarrentur iubemus. Nec sanae fidei vel doctrinae aliquid distat, sive Missas in eadem slavonica lingua canere, sive sacrum Evangelium vel lectiones divinas Novi et Veteris Testamenti bene translatas et interpretatas legere, et alia horarum officia“,¹⁾ omnia psallere.

Leo Romanorum Pontificum XIII. in eadem epistola testatur, ordinationem Joannis VIII-i a Benedicto XIV-o (1740—58.) iterum atque iterum confirmatam esse, praeprimis literis Apostolicis: „Ex pastoralis“, dd. 25. Julii 1754. datis.

Sic usus linguae Staroslavicae a S. Sede Apostolica approbatus apud Slavos Orientales omnes vulgaris et communis factus est, ope cuius agentibus ss. Cyrillo et Methodio „omnis slavorum natio non fidei christianae solum, sed etiam civilis humanitatis beneficium accepit“.²⁾

§ 10.

Usus idiomatis Staroslavici liturgicus apud Occidentales.

De lingua Staroslavica id specialissimum notandum est, illam non tantum apud Orientales ecclesiasticam esse, sed — quod unicum hodie censendum est — eandem ad Slavos etiam introductam esse Occidentales, seu Ritus Latini fideles. Usus hic testante Urbano Romanorum Pontificum VIII-o (1623—1644.)

¹⁾ Leo XIII. ib V. Joannem VIII. citatum a Leone XIII. in ep. „Grande munus“.

²⁾ Urbanus VIII. in Constit. „Ecclesia Catholica“, dd. 29. IV. 1631., cuius verba Missali Romano Illyrico praefixa legi possunt. Cf. Pium VI. Constit. „Suprema potestas“, dd. 11. III. 1791.

iam a Ioanne VIII. introductus dicendus est, qui „Missale idiomate slavico olim . . . concessit“.¹⁾

Idem Urbanus VIII. testatur Missale iuxta textum Staroslavicum a Summis Pontificibus s. Pio V-o (1566—72.), et a Clemente VIII-o (1592—1604.) emendatum fuisse.²⁾ Atque ordinat, ut „Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, negotio fidei in universum Orbem propagandae praepositi“ Missalia „ad usum et commodum eorundem Christifidelium ecclesiarum, locorum et provinciarum, ubi hactenus praefato idiomate (seu Staroslavico) celebratum fuit, imprimi curarent“.³⁾

Pontifex procurata sic editione Missalis Illyrici emendati et caractere Hieronymiano ac lingua Slavonica typis impressi nova, indigentis fidelium succurrere studebat, interdicens ex hinc „antiquorum Missalium slavonici idiomatis tam impressorum quam manuscriptorum usum.“⁴⁾ Et ordinabat usum Missalis sic editi verbis quae sequuntur. „Prohibemus omnibus et singulis Presbyteris et Clericis, tam Saecularibus, quam cuiusvis Ordinis, Congregationis, Societatis et Instituti, etiam speciali nota dignis Regularibus, eorundem Ecclesiarum, locorum et provinciarum, ubi hactenus, ut praefertur, praefato idiomate Slavonico celebratum fuit, ne elapsis octo mensibus a die publicationis praesentium in Urbe, alio, quam huiusmodi novo Missali, nisi maluerint Latino, utantur.“⁵⁾

Missale hoc anno 1645. curante Matthaeo Caramanio, Jadraensium Archiepiscopo, linguae Staroslavicae optime perito, typis S. C. de Prop. Fide prodiit et in usum publicum traditum est.

Missale dictum ritu quidem Romano, sed idiomate Slavonico, seu Staroslavico, prout hodie dicitur, et caractere a s. Hieronymo vulgo nuncupato⁶⁾ impressum est anno 1648.

Urbanus VIII. praeter editionem Missalis Breviarium etiam typis mandandum iubebat Romanum, Illyrica lingua constituen-

1) Urbanus VIII. l. c.

2) Urbanus VIII. l. c.

3) Loco citato.

4) Ibidem.

5) Ib.

6) Vide inferius, ubi de formis loquemur Glagoliticis.

dum, quod agente Bartholomaeo Cassio, Dalmata, S. J. publicatum est, qui illud Illyrice reddiderat a. 1636.¹⁾ Hic adnotamus, regulam usus linguae Staroslavicae apud Occidentales antiquam fuisse, libros characteribus imprimi debuisse Glagoliticis, seu Hieronymianis dictis,²⁾ quae conditio hodie abolita censenda est, edito Missali Romano-Slavonico characteribus iam Latinis novissime atque a S. Sede Apostolica approbato 9-a Martii a. 1927. et „universo Clero lingua slavonica rite utenti —“ indulto, cui adduntur: „Servatis rubricis.“³⁾

Successor Urbani VIII. Innocentius de hoc nomine X-us (1644—1655.) Constitutione sua: „Romanum Pontificem“,⁴⁾ editionem Breviarii Romani Illyrici novam et lingua Staroslavica componendi curabat, quae a. 1688. operibus Raphaelis Levacovich, Archiepiscopi Achridae, lucem aspexit.

Breviarium hoc nova editione a Pio Romanorum Ponticum VI-o. a. 1791. donatum est, qui in Constitutione sua: „Suprema potestas“⁵⁾ — „commodo et conscientiae securitati eiusdem Nationis Illyricae,“⁶⁾ consulendo, Breviarium Slavonicum diligenter recensendum mandavit, et Officiis Sanctorum recentioribus perfecit et ordinavit, ut „servato Idiomate Slavo litterali in omnibus iuxta praescripta fel. rec. Benedicti PP. XIV.... imprimatur“.⁷⁾

§ 11.

De terminis usus liturgiae Glagolitico-Romanae territorialibus.

Quod territorium attinet usus idiomatis Staroslavici, seu prout dicitur liturgiae Glagolitico-Romanae —, usus hic olim

1) Cf. Nilles, S. J. Kalend. t. 2. Oeniponte, 1881. pag. 688.

2) V. Decretales S. Rit. Congr. de usu linguas Slavicae in lit. Glag. Roman., dd. 5. VIII. 1898. sub III.

3) V. Act. Ap. Sed. Num. 4. dd. 1. IV. 1927. pag. 156.

4) Innoc. X. Const. „Romanum Pontificem“. dd. 22. Febr. a. 1648. Cf. ordinationem Innocenti XI. (1676—89.), Breviario Illyrico Romano praefixam et in editione a. 1688. tyis vulgatam. V. Const. Pii VI. „Suprema potestas“, dd. 11. Martii, a. 1791.

5) Pius VI. Const. „Suprema potestas“.

6) Ibidem.

7) Loco citato.

maxime dilatatus dicendus est inter Slavos Latini Ritus, praecipuis in partibus meridionalibus.

Assertum testimoniis probatur historicis. Et quidem:

1. Caesareus et Regius Inspector Scholarum Antonius Klodič sequentia habet:

„Das Glagolitische verbreitete sich im gottesdienstlichen Gebrauch in der Zeit vom XII—XVI. Jahrhundert nicht nur über Istrien, sondern auch über ganz Dalmatien, den grössten Theil Bosniens und über Kroatien. Man kann sagen, dass das Glagolitische in jener Zeit das einzige Mittel schriftlichen Verkehrs von Kroaten war. Namentlich waren es die Franziskaner- und Benediktiner-Mönche, welche es sehr eifrig pflegten. Wie erwähnt wurde, war der glagolitische Gottesdienst im XIV., XV. und XVI. Jahrhundert in der Pfarren von Istrien, in welchen das Slavische Element das Übergewicht hatte, in Übung. In Visinada, in Capodistria selbst und in Cittanova wurde von Franziskanern die Messe glagolitisch gelesen und in der Diöcese Parenzo zählte man in XVIII. Jahrhundert 19 glagolitische Pfarrgemeinden und in der Stadt Parenzo im Jahre 1733. gehaltene Synode bestimmte sieben Prüfungs-Commissäre für das Glagolitische. Im Jahre 1773. empfahl Dominico-Stratico, Bischof von Cittanova, den Mönchen die eifrige Pflege des Glagolitischen und im Jahre 1762 kam es im Momiano vor, dass der dortige župan Burin den Bischof Leoni von Cittanova bat, er wolle dem Geistlichen Brajkovič verbieten, die Messe an Sonntagen lateinisch zu singen.“¹⁾

2. Idem patet ex catalogo ecclesiarum Glagolitico-Romanarum, quem Joannes Pastro, Theologiae lector in Collegio de Prop. Fide ex testibus immediatis concinnavit. Iste catalogus legi potest in libro Jelič, saec. XVII. pag. 70—75., sub Nr. 244.

3. Usus in Dalmatia probatur generalis testimonio Guilelmi Postelli Itali, quod in eodem libro legi potest, in parte de saec. XVII. pag. 76. sub Nr. 247.

4. Idem demonstratum habetur saec. XVII. de Slavonia et Ragusina²⁾. Dein in dioecesi Jadransensi, ex a. 1743.³⁾

¹⁾ Jelič, 1. c. saec. XIX. pag. 89. sub Nr. 105. 1891.

²⁾ Cf. Jelič, ib. saec. XVIII. pag. 30. sub Nr. 62. ex a. 1724.

³⁾ Ibidem, pag. 54—55. sub Nr. 110—111. a. 1743.

5. Testimonium ex saeculo XIX. novum hauritur ex catalogo ecclesiarum idiomate hoc utentium, qui parabatur pro dioecesibus: di Veglia, Jadertina, Spalatensi, Sibenicensi.¹⁾

6. Usus Linguae Staroslavicae saeculo in finem vergente XIX-o etiam adeo divulgatus erat, ut S. Rit. Congregatio decretales condere necessarium reputaret, quae tum de principiis loquuntur usus dicti, tum rationem dant interpretandi theses authenticæ.

Decretales S. Rit. Congregationis missae erant ad Archiepiscopos, Episcopos et ad Ordinarios Provinciarum Goritensis, Jadransis et Zagrabiensis.

Propter momentum Decretalium necessitas adest citandi easdem.

„Litterae de usu Linguae Slavicae in S. Liturgia.“

Quae praecipue observanda sunt, vel cavenda circa usum palaeo-slavici idiomatis in s. lit. S. haec Congr. jam edixit die 13. Febr. 1892.²⁾ atque iis oportune significavit Slavorum Merid. Episcopis, qui ecclesiis praesunt, ubi eiusmodi praxis invaluit. Cum vero hac super re Ap. Sedi nova proposita sint dubia Sams. D. N. Leo D. P. Papa XIII. pro sua erga Slavos paterna sollicitudine, ad praedictas normas enucleandas et firmandas, omnemque removendam perplexitatem, grave hoc negotium peculiaris coetus S. R. E. Cardinalium examini submitti iussit. — Re igitur in omnibus mature perpensa, attentisque Summorum Pont. Const. et Decretis, praesertim Innocentii IV., qui Episcopis Segn. a. 1248. et Veglen. a. 1252. slavica utendi lingua concessit licentiam in illis dumtaxat partibus, ubi de consuetudine observantur praemissa, dummodo ex ipsius varietate litterae sententia non laedatur; item Urbani VIII. cujus iussu a. 1631. libri liturgici glagolice editi sunt, ad usum ecclesiarum, ubi hactenus praefato idiomate celebratum fuit, nisi maluerint latino; nec non Benedicti XIV., qui novam ipsorum librorum editionem a. 1754. authenticam declaravit, pro iis qui ritum slavo-latinum profitentur: ac demum Pii VI., qui a. 1791. Breviarium eius auspiciis denuo impressum recognovit, iidem Emmi Patres eas quae sequuntur regulas

1) L. c. saec. XIX. sub Nr. 59. ex a. 1857. pag. 49—55.

2) Vide ib. saec. XIX. sub Nr. 106. 1892. 13. Febr. pg. 89. . .

statuerunt, illasque Sanctitas Sua ratas habuit, adprobavit et in posterum ab omnibus inviolate servari mandavit:

1. Usus palaeo-slavicae linguae in s. liturgia considerari et haberi debet velut reale privilegium certis inhaerens ecclesiis, minime vero ad instar privilegii personalis, quod nonnullis sacerdotibus competat. Episcoporum igitur officii munus erit, in unaquaque dioecesi quam primum conficere indicem seu catalogum ecclesiarum omnium et singularum, quas certo constet, in praesens ea concessione rite potiri. — Ad dubia porro amovenda, asserti privilegii probatio desumatur ex documentis ac testimoniis, quae in tuto ponant et probe demonstrent illud invaluisse et reapse vigere triginta saltem abhinc annis: quod temporis spatium in re praesenti tanquam sufficiens habetur ex indulgentia speciali S. Sedis.

Si quae deinceps controversiae aut difficultates in eiusmodi probationum negotio oriantur, illas Episcopi S. Rituum Congregationi subiiciant, rerum adiuncta explicate et distincte exponendo pro singulorum casuum solutione.

II. Praedicto ecclesiarum privilegiatarum indice semel confecto et publicato, nulli prorsus licebit, in aliis Ecclesiis quacunque ratione vel quovis praetextu, linguam palaeoslavica in s. liturgiam inducere: si quid vero secus aut contra contigerit attentari, istiusmodi ausus severa coercitione reprimantur.

III. In ecclesiis quae supra memorato gaudent privilegio, Sacrum facere et officium persolvere publica et solemni ratione permissum exclusive erit palaeoslavico idiomate, quacunque seclusa alterius linguae immixtione. Libri ad Sacra et ad Officium adhibendi characteribus glagoliticis sint excusi atque ab Apost. Sede recogniti et adprobati: alii quicumque libri liturgici, vel alio impressi characterere, vel absque adprobatione Sanctae Sedis vetiti omnino sint et interdicti.

IV. Ubicumque populus sacerdoti celebranti respondere solet, aut nonnullas Missae partes canere, id etiam nonnisi lingua palaeoslavica in ecclesiis privilegiatis fieri licebit. Idque ut facilius evadat poterit Ordinarius fidelibus exclusive permittere usum manualis libri latinis characteribus loco glagoliticorum exarati.

V. In praefatis ecclesiis quae concessione linguae palaeo-

slavicae indubitanter fruuntur, Rituale slavico idiomate impressum adhiberi poterit in sacramentorum et sacramentalium administratione, dummodo illud fuerit ab Apostolica Sede recognitum et probatum.

VI. Sedulo curent Episcopi in suis Seminariis studium provehere cum latinae linguae, tum palaeoslavicae, ita ut cuique dioecesi necessarii sacerdotes praesto sint ad ministerium in utroque idiomate.

VII. Episcoporum officium erit, ante Ordinationem sacram, designare clericos qui latinis vel palaeoslavici ecclesiis destinentur, explorata in antecessum promovendorum voluntate et dispositione, nisi aliud exigat ecclesiae necessitas.

VIII. Si quis sacerdos, addictus ecclesiae ubi latina adhibetur lingua, alteri debeat ecclesiae inservire, quae palaeoslavici fruitur idiomatis privilegio, Missam solemnem ibi celebrare, Horasque canere tenebitur lingua palaeoslavica: attamen illi fas erit privatim Sacra peragere et Horas canonicas persolvere lingua latina.

Idem vicissim dicatur de sacerdote, palaeoslavici idiomatis ecclesiae adscripto, cui forte latinae ecclesiae deservire contigerit.

IX. Licebit pariter sacerdotibus latini eloquii ecclesiae inscriptis, in aliena ecclesia quae privilegio linguae palaeoslavicae potitur, Missam privatam celebrare latino idiomate. Vicissim sacerdotes, linguae palaeoslavicae ecclesiis addicti, eodem idiomate Sacrum privatim facere poterunt in ecclesiis ubi latina lingua adhibetur.

X. Ubi usus invaluit, in Missa solemni Epistolam et Evangelium slavice canendi, post eorundem cantum latino ecclesiae ipsius idiomate absolutum, huiusmodi praxis servari poterit, dummodo adhibeatur lingua palaeoslavica. In Missis autem parochialibus fas erit, post Evangelii recitationem, illud perlegere vulgari idiomate, ad pastorem fidelium instructionem.

XI. Si forte, in paroeciis quae linguam habent palaeoslavicam, aliquis e fidelibus prolem renuat sacro sistere fonti nisi Rituali latino baptismus conferatur: vel si qui matrimonium recusent celebrare nisi lingua latina sacer absolvatur ritus, Pa-

rochus opportune illos instruat, moneatque; et si adhuc in propria sententia persistent, baptismum, aut benedictionem nuptialem privatim latina lingua ministret.

Vicissim agatur, in paroecia latinae linguae, si quis slavico idiomate ritus praedictos omnino peragi similiter exigat.

XII. In praedicatione verbi Dei, aliisve cultus actionibus quae strictae liturgicae non sunt, lingua slavica vulgaris adhiberi permittitur ad fidelium commodum et utilitatem, servatis tamen generalibus Decretis huius S. Rituum Congregationis.

XIII. Episcopi illarum regionum ubi eadem in usu est lingua vernacula, studeant uniformi curandae versioni precum et hymnorum quibus populus indulget in propria ecclesia, ad hoc ut qui ex una ad aliam transeunt dioecesim vel paroeciam in nullam offendant precationum aut canticorum diversitatem.

XIV. Pii libri in quibus continetur versio vulgata liturgicarum precum ad usum tantummodo privatum christifidelium, ab Episcopis rite recogniti sint et approbati.

Datum Romae ex Secretaria SS. Rituum Congregationis die V. Augusti anno 1898. C. Card. Mazzella S. R. E. Praefectus, D. Panici S. R. C. Secretarius.¹⁾

Lapsu temporis quaestio haec, quod nimium in modum dolendum esse nemo non videt, difficultatem nacta est ex parte Gubernii (quod fuit) Austro-Hungarici civilis, quod ad suffocandum usum palaeoslavicum omnia tentabat; ex quo character Slavicus determinandus sequitur et officialiter probatus certe. Contra tentamina Gubernii civilis nec Ordinarii sat potentes erant resistendo. Licet principium statueretur a variis, Gubernium hac in re nihil,²⁾ quod rei noceret, habere, fructus tentaminum tamen facti sunt contrarii.

1) V. Jelič, l. c. saec. XIX. Nr. 109. ex a. 1898. 5. VIII. Romae, pag. 91-92.

2) Sic Dr. Matthaeus Murko, prof. p. o. Universitatis Graecensis scribit: „Aus den ganzen Darstellung geht zur Genüge hervor, dass vor allem die Staatsverwaltung keinen Grund haben sollte, sich in diese kirchliche Frage einzumengen...“ Cf. Jelič, loco citato, saec. XIX. pag. 107. in m. — Idem de conaminibus Croatarum testatur penes illos studium esse virtute firmissimum: „für die Wiedereinführung der slavischen Liturgie in allen Gebieten, wo sie einst bestanden hat.“ Ibidem. — Imo sperat privilegium hoc „oder gar Recht den ganzen Kroatischen Volke erteilt worden sei.“ — L. c.

Addimus hic semper de usu Staroslavico sermonem esse et non de introducendo idiomate Croatarum vulgari.¹⁾

Multum usui Glagolitico institutio nocebat Seminarii Centralis Illyrici Jadrae facta, quod a Gubernio ideo creatum erat, quia archiepiscopus Jadraensis, tunc temporis Joannes Franciscus Novak, a. 1827. declaravit, studium linguae Palaeoslavicae pro Clero Dalmatico necessarium non esse.²⁾

Sic factum est, ut extincto exercitio in Seminario usus linguae Staroslavicae et characterum Glagoliticorum, non sacerdotes praesto essent populo ad ritum Glagoliticum, seu Glagolitico-Romanum peragendum, ex quo usus introductus est idiomate sacra peragendi latino.³⁾ Imo Gubernium dictum „nisi a decreta iam repristinatione liturgiae Glagolitico-Romanae in dioecesi (Syrmensi et Bosnensi, ubi tunc Josephus Strossmayer erat episcopus) desistatur“: — minitabatur: „fore ut recognitio formalis diplomatica occupationis Urbis Aeternae ex parte Austro-Hungariae per par pari redditionem visitationis regi Italiae Romae sequeretur.“⁴⁾

Episcopi Dalmatiae omnia quidem ad restituendum Seminarium in usus Glagoliticos tentabant, in petitionibus tamen suis a Gubernio dicto reiectionem passi sunt.⁵⁾

Frustranea erant et Memorialia, usus antiquus Glagoliticus pedetentim fere extinctus dicendus est, quamvis ex rationibus tum ordinum episcoporum,⁶⁾ tum Memorialium patet:

1. Liturgiam Glagolitico-Romanam per decem saecula interrupte in universa Dalmatia viguisse;
2. eandem liturgiam puritati fidei et devotioni populi nunquam obfuisse, quin immo favisse;
3. eandem liturgiam ab extraneis politicis de causis tantum oppugnatam, calumniis adhibitis, fuisse;

1) Jelič, ib. saec. XIX. pag. 136. sub Nr. 298.

2) Ib. pag. 145. sub Nro 40. s. Addenda.; ex 10. IV. 1829.

3) Cf. Jelič, 1. c. saec. XIX. Nr. 54. d. 1849. in Hercegovina, pag. 155.

4) Ibidem, saec. XIX. N. 93. a. ex. 1. X. 1882. pag. 162.

5) Ib. pg. 147. sub Nr. 47. b. ex 6. IV. 1835. Cf. ib. Nr. 53. b. 1847. mense Aprilis, pag. 152.

6) Cf. Jelič, 1. c. saec. XIX. sub Nro 114., ex a. 3. IX. 1900. pag. 101.

4. Romanos Pontifices eam defendisse et fovisse ;

5. Liturgiam Glagolitico-Romanam tutamen sensus religiosi et basin culturae nationalis semper fuisse et futuram esse ;

6. Oppugnationem liturgiae Glagolitico-Romanae, uti ab initio ita et in praesens, ex illa causa tantum politica generatam esse, ut evolutio culturae gentis slavicae impediatur ; sed Slavos Dalmatiae omnibus legalibus mediis maximum suum thesaurum usque ad interitum defensuros ; et omnes ausus contra ipsam tanquam facinus in evolutionem suae culturae nationalis habituros ;

7. Intrusionem Gubernii Politici in quaestione liturgiae Glagolitico-Romanae illas sequelas habituram esse, quae semper exoriuntur, quando Auctoritas Politica incompetenter negotiis ecclesiasticis immiscetur ; illam publicam convictionem — quae iam invaluit — confirmabit : nec a religiosis mediis abhorretur, quum de opprimendis Slavis agitur ; nec pro Slavis illud ius constitutionale vim ullam habere, iuxta quod unicuique nationi plenae evolutionis cautum est.¹⁾ Quae omnia verbotenus fata probant post bellum mundanum universalialia.²⁾

Testante Nilles³⁾ usus Glagoliticus, seu Glagolitico-Romanus hodie in sequentibus dumtaxat usurpatur partibus :

a) in dioecesi Segnensi, vel Segniensi (slav. Senj ; germ. Zengg), hinc inde adhuc vivit, sed Missae quidem celebrantur slavice, lingua tamen quam maxime corrupta, propemodum ad vulgarem sermonem accommodata, et ex libris impressis characteribus latinis.

b) In dioecesi Veglensi (slav. Krk ; ital. Veglia) maxima ex parte in insula ejusdem nominis, quae novem Paroeciis et quinque Curatiis constat.

c) In dioecesi Jadettina (slav. Zadar ; ital. Zara) in Paroeciis praesertim insularibus.

1) V. Memoriale Delegationis Provincialis regni Dalmatiae Caesario Locumtenenti Dalmatiae, 14. Junii 1889. traditum. Cf. Jelič, 1. c. saec. XIX. pag. 172. sub Nr. 101. c.

2) Aliquando ignorantia idiomatis Glagolitici causa erat abdicandi thronum episcopale ex parte J. D. Caligari, Veneti episcopi condam Sibenicensis. Cf. Jelič, ibidem, saec. XVIII. sub Nr. 26. a. ex a. 1715. pag. 10.

3) Nilles, S. J. Kalendarium, pag. 690.

d) In dioecesi Spalatensi (slav. Spljet; ital. Spalato) in Paroeciis sitis intra fines sic dictae Poljicae, quae olim propriis statutis et communalibus legibus regebatur et in omnibus fideliter adhucdum linguam Staroslavica servat.

e) Praesertim vero et tamquam speciale privilegium permanentiter servatur in Provincia Regulari Fratrum Tertii Ordinis s. Francisci Seraphici, quae hodie constat septem conventibus, scil. 1. S. Francisci in civitate Veglia; 2. S. Mariae in Capite insulae Veglae; 3. S. Mariae Magdalenae in loco dicto Dubasnica ins. Veglae; 4. S. Martini in Valle insulae Crepsae (slav. Cres; ital. Cherso); 5. S. Michaelis Jadrae; 6. S. Pauli in scopulo prope Jadram et 7. S. Mariae Gratiarum in scopulo Pervio prope Sibenicum.¹⁾

Usus modernus testatur, Breviarium cotidianum exceptis quibusdam festivitatibus maioribus, in quibus Vesperae et Completorium lingua persolvuntur Staroslavica, idiomate latino a sacerdotibus recitari, relicta in Officiis, praesente populo sollemniter persolvendis, lingua Veteroslavica.²⁾

His accedit usus a S. Sede Missam Glagolitice peragendi speciali modo pro occasionibus quibusdam magni momenti concessus, qui tamen non est regulae, sed tamquam casuum specialium ordinatio. Sic v. c. in Cathedrale Zagrabiae celebrata est s. Liturgia eloquiis Glagoliticis die festo ss. Cyrilli et Methodii 5. VII. 1881.³⁾ Item eodem tempore Missa Glagolitica celebrabatur Romae in Basilica s. Petri Vaticana et in eadem s. Clementis.⁴⁾ Vel occasione installationis bani Jos. Jelič, in ecclesia s. Catharinae in Zagreb, ab episcopo Mirkone Ožegovič, 5. VII. 1848.⁵⁾

Demum notandum est in basilica S. Clementis, in qua s. Cyrillus Slavorum Apostolus sepultus est, occasione peregrina-

¹⁾ Nilles, 1. c.

²⁾ Ex testimoniis a Clmis et Rdms DD. Raes et Sakač, S. J. acceptis patet usum idiomatis Staroslavici hodie quoque ita esse servatum, cui additur viros celeberrimos iure in praesenti speciali donari Sacrum casibus celebrandi eminentibus, quales v. c. conventus sunt in Velehrad habiti. qui posteriores tamen singillatim probandi sunt semper.

³⁾ Cf. Jelič, 1. c. saec. XIX. Nr. 89. a. 5. VII. 1881. pag. 161.

⁴⁾ Ibidem, pag. 153. Nr. 54. b.

⁵⁾ Loco citato, saec. XIX. Nr. 316. pag. 143.

tionum Slavicarum liturgia solemnis per decennia slavica lingua persolvi solere. In Cappella vero ss. Cyrilli et Methodii a Leone XIII. aedificata sacerdotibus Glagolitis Missam Glagolitico-Romanam semper fas est celebrandi.¹⁾

Disciplina Ecclesiae Catholicae de usu liturgiae Glagolitico-Romanae novissima sequens est.

Precibus annuendo Episcopatus Reipublicae olim Českoslovacae Pius XI. decreto S. Congr. pro Ecc. Or. de die 21. Maji a. 1930. concessit usum linguae Staroslavicae, respective vulgaris in s. Liturgiis in dicto territorio sub conditionibus tamen prout sequuntur:

I. Ut in territorio praedicto liceat in missis cantatis iterare cantum epistolae et evangelii lingua vulgaris, etiamsi non habeatur exhortatio ad populum.

II. Usum linguae Staroslavicae formalem concessit in missis sub conditione, ut textus adhibeatur expresse nisi formis impressus Glagoliticis, et quidem diebus sequentibus:

1. Festo ss. Cyrilli et Methodii (5. VII.); 2. s. Vaclav (28. IX.); 3. s. Ludmillae (16. IX.); 4. s. Prokopii (4. VII.); 5. s. Joannis Nepomucensis (16. V.).

Festis recitatis licitum est s. Liturgiam in idiomate Staroslavico celebrare, sed in locis nisi expresse nominatis, qui erant:

a) in Velehrad (Moravia); b) in Sázava; c) in Vyšegrad Pragaensi; d) in Claustro Emmaus Pragaensi; e) in Cappella s. Václav; f) in monumento s. Joannis Nepomucensis in Ecclesia s. Viti Praegae; g) in Ecclesia s. Georgii Praegae in monumento s. Ludmillae; h) in Ecclesia in Stara-Boleslava (hic nempe s. Vaclav mortem subiit martyrio decoratam); demum i) in Hora penes Příbram.

De conditione figurarum Glagoliticarum adnotamus, illam post editionem Missalis a. 1927. signis latinis factam non amplius obligare, quapropter possunt Missalia adhiberi a S. R. C. dd. 1. IV. ex a. 1927. sub Nro 4. approbata et publica facta.²⁾

¹⁾ V. Jelič, ibidem.

²⁾ Cf. pag. 34.

§ 12.
De signis seu litteris
linguae Staroslavicae.

Perfectio et momentum idiomatis Staroslavici ex signis patet seu litteris, quibus textus vetero-slavicus sive scribendo, sive apparet typis mandando.

Idiomatibus notatu dignissimis, sic Graeco, Latino, et antiquis quibusdam conformiter, prout Hebraeo, Syriaco, lingua Staroslavica etiam propriis utitur scribendi rationibus, adhibendo signa seu litteras sic dictas Cyrillicas. Imo vis idiomatis nostri augetur facto, modos scribendi ad exprimendum textum Staroslavicum dari binos, utpote Cyrillicum et sic dictum Hieronymianum, seu Glagoliticum.

De his scopo nostro conformiter sequentia sint.

§ 13.
Alphabetum Cyrillicum.

Traditio fert, s. Cyrillum ad describendum textum Staroslavicum quo commodius, novas composuisse ex alphabetis tum Hebraico, tum Graeco, tum ex signis aliarum etiam nationum, prout Armenorum, Coptorum, etc. figuras, atque genio linguae Staroslavicae adaptasse ab aliorum idiomatum diversas. Signa haec in mundo Slavico adhibita hodie quoque, dicuntur *цирликка*, seu nominantur ab auctore proprio.

Figurae Cyrillicae exprimuntur tum in textu ecclesiastico, tum in typis expresso, tum scripto hodie applicato, formasque in omnibus computationibus suis habent speciales, easque diversas.

Formae litterarum Cyrillicarum iuxta rationes differentiarum varias sequentes sunt:

Alphabetum Cyrillicum.

А	а . азъ .	а†	Ѡ	оу ѡ . оу кѣ .	и
Б	б . бѣки .	б	Ѳ	ф . фертъ .	†
В	в . вѣди .	в	Ѳ	хѣръ .	ѡ
Г	г . глаголь .	г	Ѡ	Ѡ . отъ .	от
Д	д . добро .	д	Ц	цѣ .	с
Е	е . есть .	е	Ч	чѣрвь .	с
Ж	ж . живѣте .	ж	Ш	ш . ша .	ш
З	з . зѣлъ .	з	Щ	щ . шча .	щ
И	и . иже .	и	Ъ	ѣръ .	††
І	і . і .	і	Ы	ѣръ .	у (ö)
К	к . какъ .	к	Ь	ѣръ .	†††
Л	л . люди .	л	Ѣ	ѣтъ .	ји
М	м . мыслѣте .	м	Є	є .	је
Н	н . нашъ .	н	Ю	ю .	ји
О	о . онъ .	о	Ѡ	Ѡ . Ѡ .	о
П	п . покон .	п	Ѡ	Ѡ . на . на .	Ѡ
Р	р . рцы .	р	Ѡ	кѣн .	Ѡ
С	с . слово .	с	Ѡ	пѣн .	рѠ
Т	т . твердо .	т	Ѡ	дѣта .	Ѡ
			У	ѣнѣца .	††††

† Litterae iuxta leges linguae Slovacae pronunciantur ita, prout in rubrica notantur.

†† Littera haec non pronunciat. Cf. pag. interius sequentem.

††† Littera signata mollem facit litteram antecedentem.

†††† Ex Graeco: v (ü).

Litteris in Paradigmate recensitis signa quaedam ex Codicibus antiquioribus accedunt formam veterem recensentia, de quibus quidam volunt, eadem designando sono per nares exprimendo adhibita olim fuisse.

Talia sunt :

ѡ correspondet litterae iuxta legendi modum hodiernum : y ; et dicitur : magnum усь (us).¹⁾

ѣ ѣ correspondet litterae iuxta modum legendi hodiernum : ю ; et dicitur : magnum юсь (jus).

Dein sciendum est in editionibus textus Staroslavici antiquioribus dari signa :

ѣ-ѣ v. c. ѣ-ѣмѣ=ѣмѣ ; dicitur : parvum усь (u),

ѣѣ v. c. ѣѣже=юже ; dicitur : parvum юсь (jus),

ѣѣ v. c. ѣѣти=быти ; многѣ (многи),

quae nisi formam significant litterarum antiquam.²⁾

De formis his antiquioribus notandum est, illas ex libris nostris modernis expunctas esse, nisi excipias editionem Missalis anni 1927. Leopoli factam, in qua formas saltem ex parte reviviscere fecerunt abolitas, quo fiebat, usum Missalis factum esse nimium in modum incommodum, non praxi correspondentem, cui adscribendum est editionem dictam qua praxi non commendatam ad Bibliothecas restrictam esse.

In Paradigmate superius divulgato characterem videmus litterarum Cyrillicarum, quae vulgo : ц н р и л л и к а, seu Cyrillica veniunt.

De litteris Cyrillicis notandum est, easdem manente forma in essentialibus eadem, inde a temporibus artis typographicae semper magis ac magis explicatas fuisse et venustate quadam decoratas externa, quin tamen litterae mutatae fuerint artis scribendi ipsae. Signa enim haec quo antiquiora eo lectu difficiliora,³⁾ hodie forma apparent elegantissima, legendo facillima

¹⁾ Usus litterarum harum usque ad saec. XVII. retinebatur, a quo tempore litterae dictae omittebantur. Cf. „Grammatica 1. Ecclesiasticae Slavicae“. Dr. Spiridon Karahut. Leopoli, 1927. pag. 12.

²⁾ Cf. textum ex Codice Ostromirensi communicatum pag. 12.

³⁾ Difficultas haec in usu Codicum vulgaris est. Conferatur v. c. Codex Vaticanus.

Per se patet, quaestionem hanc non esse momenti dirimentis. Persona enim auctoris Alphabeti non pertinet ad essentiam rei, quoniam accidentale est, quisnam auctor sit litterarum nostrarum. Sufficit scire, dari signa Slavica, quae specialia sunt linguae Staroslavicae. Pretium nempe notarum Slavicarum idem est, utrum auctor earundem s. Cyrillus affirmetur, an alius quis censeatur anonymus. Sic nec auctorem inquirimus Alphabeti sive Latini sive Graeci, contenti secus facto, dari eadem. Cum tamen Alphabetum Slavicum certo nomine veniat, suapte intelligitur nostra interesse, quisnam itaque auctor Alphabeti nostri dicendus sit.

Antiquitas auctorem alphabeti Cyrillici s. Cyrillum sive solum, sive cum fratre suo s. Methodio novit universim.¹⁾ Persuasio et traditio antiquorum novissime in dubium vocatur. Quidam enim negant signa a Slavis in scribendo usitata a s. Cyrillo seu Philosopho ortum habere, sed affirmant eorundem auctorem alium quempiam esse.

Solvendo thesin sic procedimus.

Responsa quaestioni dantur bina et statim addimus: e diametro sibi opposita.

Quidam putant auctorem litterarum nomine Cyrillicarum quemcunque ex temporibus fata ss. Apostolorum Slavorum ss. Cyrilli et Methodii antecedentibus esse alium, a Sanctis nostris diversum omnino. Alii econtra affirmant, artem scribendi Slavicam sancto adscribendam esse Cyrillo, vel ad summum sanctis Cyrillo et Methodio fratribus Thessalonicaensibus.

Responsa extreme diversa et quod facile intellectu, veritatē obiectivae contraria.

Qui conditorem litterarum vulgo Cyrillicarum alium a Sanctis nostris diversum tenent, sequentibus opinionem suam superstruunt argumentis.

1. Idioma Staroslavicum in versionibus Sanctorum adhibitum originale perfectionem declarat tum in se tum in caractere suo magistralem adeo, quod nec a sagacissimis construi, eo

¹⁾ Cf. Joannem Palazzi Italum, de alphabeto Cyrillicano et Glagolitico. V. Jelič, 1. c. saec. XVII. pag. 75. sub 246.

minus artificialiter fabricari potuisset. Venustas et perfectio linguae simul et artem manifestat scribendi necessario perpolitam, quod e natura rei certum debet esse omnibus. Ars enim scribendi medium est idiomatis naturale, sine quo nec perfectio, nec usus explicari potest idiomatis. Ex quibus sequitur, tum linguam tum modum scribendi Staroslavice aetatem s. Cyrilli, vel Cyrilli et Methodii antecessisse a longe.

2. Argumento sic e natura rei petito probationes accedunt aliae, eaeque externae. Iam Nestor chronicus Russorum affirmat antiquus, Slavos a temporibus plagas incoluisse circa Danubium immemorabilibus, ex quibus in diversa discedendo territoria artem scribendi divulgabant Slavorum propriam.¹⁾ Ex testimonio Nestorii sic declarato patet, Slavos propriam scribendi rationem iam tunc temporis habuisse, quando ss. Cyrillus et Methodius nec nomine noscebantur, seu ante tempora Sanctos nostros praecedentia valde. Ex quo certum concluditur, s. Cyrillum modum litterarum a se nuncupatum paratum invenisse atque positive enucleatum ab aliis percepisse.

3. Ulterius provocant ad Codicem quemdam signis s. Hieronymi conscriptum e saeculo 13-o in lucem prolatum, quem testimonium censent usum linguae Staroslavicae in officiis ecclesiasticis probans centum annis antiquius esse diebus ss. Cyrilli et Methodii.

4. Accedit testimonium Nicolai clerici Arbensis, qui dicit Psalterium Slavicum a se a. 1222. descriptum ex Hebraeo ad Hieronymi exemplar accommodatum esse et e Codice Theodori archiepiscopi Salonitarum ultimi descriptum.²⁾

¹⁾ Nestor, Chronica, cap. 3.

²⁾ De Codice hoc Jelič sic habet: „2. 1222. Spalati vel Arbi. Nicolaus clericus Arbensis describit Psalterium Glagoliticum ex Codice Psalterii Glagolítico, quem Theodosius archiepiscopus Salonitarum (Spalatensis) impensis suis a. 885.—892. confici mandavit, prout ex sequenti adnotatione glagolitica in eodem. nunc vero deperdito, codice, patet.

„Anno Incarnationis Dominicae 1222. Honorio Summo Pontifici, Friderico et Roberto Imperatoribus, Rege Hungarorum Andrea, Gonzello Spalatensi Archiepiscopo. Clericus Arbensis Nicolaus ex alio similiter Psalterii, impensis et mandato Theodori (sic) ultimi Salonitani Pontificis, Slavonica lingua manuscripto codice, fideliter descripsit.“ — Cf. librum Jelič cftatum, pag. a pr. 6-a. — Descriptio Codicis facta characteribus Glagoliticis in Charta membrana.

Sententia Raphaelis Levacovich, Ord. s. Francisci Min., qui corrector erat suo tempore Missalis Glagolitici (v. Jelič, 1. c. saec. XVII. pag. 22. sub

5. Deinde provocant ad fabellam seu legendam a territorio dictam Pannoniensem, quae commemorat factum, s. Cyrillum visitando Corsunum, ibi librum Evangeliorum et Psalterium litteris Slavorum conscriptum invenisse. Ex quo patet, auctorem nec versionis Slavicae, nec litterarum s. Cyrillum esse Slavorum.

6. Praeterea provocant ad testimonium Innocentii IV. (1243—54.), qui a. 1248. episcopo Seniensi (Scemensi) usum idiomatis Staroslavici petenti haec scribendo reposuit: „Nos igitur attendentes, quod sermo rei, et non res sermoni subiecta, licentiam tibi, in illis dumtaxat partibus, ubi de consuetudine observantur praemissa, dummodo sententia ex ipsius varietate litterae non laedatur, auctoritate praesentium concedimus postulata.“¹⁾

70. ex a. 1630. 15. IV.); subseque archiepiscopus Achridae (ib. s. XVII. pag. 37. sub Nr. 130. ex a. 1248.), linguae Staroslavicae periti, est: se auctorem laudati Psalterii certo asserere non posse. De eodem auctore nisi hoc certo statui posse, illum linguas Hebraicam et Latinam optime caluisse. Talis vero praeter s. Hieronymum nullus alter fuit, quod causa fuit opinionis, auctorem Psalterii s. Hieronymum fuisse, quod tamen erroneum esse agnoscendo, subseque asserit, auctorem Theodorum dictum Salonitarum episcopum exstitisse, in quo Caramanum etiam (subseque medio saeculi XVIII. archiepiscopum Jadraensium) consentientem sibi habet. Quisnam iste Theodorus fuerit, an saec. 7-o vivens, an temporibus subsequentibus, nempe saec. 9-o (880—890.), certo stabiliri nequit. Ibidem refert et de opinione quorundam, auctorem Psalterii dicti s. Hieronymum fuisse, quod tamen in dubium vocandum esse dicit et sententiam verbis P. Anselmi Bandurii (ex saec. XVIII.) confirmat, qui licet Dalmata, tamen opinionem de s. Hieronymo reicit, provocando ad factum s. Hieronymum nulli de lingua Slavonica loqui, quod tamen necessarium fuisset, posito illum auctorem versionis exstitisse. Verba vero s. Hieronymi de „patrio sermone“ ita interpretatur, ut sub eodem lingua intelligenda sit latina. (Jelič, ib. pag. 8. in f.) — Exceptio haec ultima forsitan non omnino probata censenda est, cum s. Hieronymus qua Dalmata linguam Slavonicam optime intelligere certe posset. — Concludit ergo versionem a ss. Cyrillo et Methodio factam esse. — Res certe confusa est, et stabiliendum, litteras a Romanis Pontificibus etiam a Hieronymo nominari solere illasque Glagoliticis vocari, Cf. Leonis XIII. Constit. „Grande munus“, V. Ioannem de Thwróc, Chronica Hungarorum, Pars III. De Ludvico rega. Schwandtner, Scriptores rerum Hungaricarum. Vindobonae, 1746. pag. 196. Cf. Jelič, 1. c. saec. XIV. pag. 7. sub 10. ex a. 1358. c. Cenadien, in Hungaria. V. ib. M. Karaman, Ms. Identita della lingua Slava etc. Num. XXXIV. „De Missalibus et Breviariis Slavico Sermone et caractere Hieronymiano conscriptis.“ — V. Jelič, 1. c. saec. XIV. pag. 15. sub Nr. 43. et 44. — Cf. ibidem saec. XVIII. Nr. 72. ex a. 1753. pag. 36.

¹⁾ De Innocentii IV. epistola ad Philippum episcopum Senensem, 29. Martii 1248. missa sciendum est, episcopum dictum approbationem petivisse atque licentiam usus linguae in Liturgia Glagolitico-Romana in Slavonia, seu Staroslavicae, quia qua episcopus in Slavonia operam navans noluit se a clericis suis asserentibus se litteras speciales „a beato Jeronymo“ habere, separe. Cf. Jelič, 1. c. saec. XIII. pag. 9. sub 3.

Innocentius IV. precibus similibus in epistola data Fructuoso episcopo

Ex his patet Summum Pontificem ad consuetudinem provocare avitam, quam usui necessariam esse declarat. Voluit namque ipse episcopus Seniensis gratiam a Capite Ecclesiae petendo persuasum se manifestare, traditionem clericorum suorum esse litteras speciales, quas in divinis officiis suis observarent, a s. Hieronymo habere celebrandis.

7. Imo referunt usum apud nationes Slavorum omnes avitum esse litterarum Slavicarum, quod signum est, modum scribendi Slavorum vulgarem fuisse iisdem temporibus iam, quando simul convivebant, illumque usum litterarum sic conceptarum secum tulisse in territoria a se subseque electa nova. Itaque usum litterarum Slavicarum non ex diebus interpretandum esse s. Cyrilli, sed Sanctum nostrum eundem iam a saeculis prius conditum invenisse ubicunque Evangelium praedicaverit Slavis.

* * *

Sententiae sic enuncleatae altera priori additur a fronte opposita, quae tenet artem scribendi Cyrillicam ab ipso ortum habere Slavorum Apostolo, atque constructam esse sive a s. Cyrillo solo, sive cum fratre suo s. Methodio simul.¹⁾

Argumenta pro sententia dicta proponuntur sequentitia :

Litterarum Cyrillicarum auctores fuisse ss. Cyrillum et Methodium, vel prout alii volunt, s. Cyrillum solum, argumenta probant explicita. Et quidem :

1. Id testatur Joannes Romanorum Pontificum VIII., (872—882.), qui in epistola ad Svatoplucum (Svetopolek) sic habet :

Veglensi annuit, dd. 26. I. 1252. — Cf. ibidem, pag. 9. sub 5. — Indulgentia data est „monachis Benedictinis s. Nicolai de Omišalj, propter consuetudinem immemorabilem eiusdem monasterii, divina officia in liturgia Glagolitico-Romana celebrandi.“ Ibidem, pag. 9. in fine. — Licentiam similem omnia monasteria Benedictina in Dalmatia et Croatia acceperunt eodem saeculo XIII. Cf. ib. pag. 13. sub 21.

¹⁾ S. Cyrillum auctorem esse alphabeti de se nominati tenet v. c. Josephus Dobrowsky, qui in libro suo ita scribit : „Auctor illius (sc. alphabeti Cyrillici) Constantinus Philosophus, alias Cyrillus dictus, Methodii Pannoniae et Moraviae Archiepiscopi frater... (est).“ — L. c. Introd, Cap. 1. §. pag. 1. — Cf. Szabó, 1. c. § 1. pag. 7.

„Litteras Slavonicas a Constantino quodam Philosopho repertas,¹⁾ quibus Deo laudes debitae resonant, iure laudamus.“²⁾

2. Biographus Clementis Archiepiscopi Bulgariae, qui dicit initium versionis Staroslavicae librorum in officiis Missarum ad celebrandum necessarium in Bulgaria factum fuisse a fratribus nostris ss. Cyrillo et Methodio arte propria scribendi utentibus.

3. Continuator Theophani Anonymus de conversione Carantanorum scribendo testatur, s. Methodium in Moraviam et Pannoniam circa an. 863. evocatum „novitus inventis slaviciis litteris“ versione usum fuisse Staroslavica, quo factum est, ut officia ecclesiastica incolis nisi stylo celebrata iucunda fuissent Staroslavico.

4. Item provocant ad testimonium Nestorii Russorum chronici, qui in libro suo loco alio testatur, signa Slavica a fratribus condita esse Cyrillo et Methodio.³⁾ Et difficultati ex superius citato Nestorii ab adversariis loco respondent, illum ibidem non de auctore scripsisse artis scribendi Slavicae, sed factum recensere simpliciter, dari artem scribendi Slavicam dictam.⁴⁾

5. Rationes aliae ex principiis petuntur circumstantiarum historicis. Omnibus enim notum est, ita fautores sententiae de s. Cyrillo dictae, ab exordio apud omnes Slavos, cuiuscunque nationis fuerint, litteras Cyrillicas usitatas fuisse originetenus et quod essenziale est, sub titulo signorum Cyrillicorum, quod persuasionem dat palam omnium universalem, modum scribendi Cyrillicum sancto auctori adscribendum esse Cyrillo vel soli vel cum fratre suo s. Methodio, quod secus idem est.

6. Demum nullatenus argumentum spernendum esse autumant, quod ex genio hauritur linguae Staroslavicae, quod est: litteras Cyrillicas optime correspondere idiomatici Staroslavico. Ex quo patet, auctorem litterarum talem fuisse, qui characterem succumque idiomatici noverat optime Slavum, qualis recte Sanc-

1) S. Cyrillus dictus Philosophus de nomine originali Constantinus vocatus.

2) Joann. VIII. in ep. ad Svatoplukum. Cf. Leonem, in Bulla: „Grande munus“, dd. 30. IX. 1880.

3) Cf. Nestorium, Chronica, cap. XX. V. Pelesch, 1. c. t. 1, pag. 46.

4) Cf. pag. nostram 46. sub 2.

tus aestimandus est Cyrillus, utpote origine etiam, prout rectius supputatur, Slavus, qui linguae nostrae innatus dicendus est certe.¹⁾)

7. Fautores sententiae sic propositae respondendo argumentis adversariorum opinionem suam probare nituntur. Et quidem: quod attinet argumentum sub 4.²⁾) affirmandum est, illud ex parte Nicolai clerici Arbensis falsum esse atque tendentiosum, qui ut probaret versionem Psalterii saeculis iam ante s. Cyrillum et Methodium factam fuisse Slavicam, ad fucum faciendum ad ea provocat, quae ipse excogitavit. Quatenus vero Codex commemoratus et sub 3. recensitus³⁾) signa extollit Hieronymiana, res facile intellectu est, cum ipsa signa Glagolitica sint et non Cyrillica.⁴⁾)

8. Denique ad tempus provocant litterarum sic a s. Cyrillo, prout affirmatur, constructarum, quod est annus post Chr. 855.⁵⁾) quem alii etiam sic proponunt auctores theologici.⁶⁾)

Sic probationes sententiarum tum affirmativae tum negativae.

Argumentis opinionum diversarum expositis respondendo adnotamus, hypotheses extremitate laborare atque veritatem in medio esse, quod sic forsitan concipi potest.

Auctor litterarum Slavicarum vulgo Cyrillicarum non est s. Cyrillus, sive solus sive cum fratre suo celebrandus, sed alius quis ignotus et iuxta data hodie ex defectu documentorum propius iam non declarandus. Cui addimus: s. Cyrillum tamen hac in re partes suas, quas inferius exponemus, habere proprias, quod certum debet esse omnibus.

Veritatem mediam sequenti modo probandam esse patet.

Nullatenus negari potest tum linguam Staroslaviam, tum scribendi modum Slavicum tempora ss. Cyrilli et Methodii antecessisse multum. Hoc certum debet esse cunctis. Probationes

1) Rc. dicta pag. 26.

2) V. ib. pag. 46. sub 4.

3) Cf. pag. 46. sub 3.

4) V. Jos. Dobrowsky, 1. c. pag. 5.

5) V. Černorizec Chrabr, scriptor Bulgarus ex saec. X. in opere suo: „O pismenech“, (de scriptis, seu litteris).

6) Cf. Vascotti, In tit. Hist. Eccl. N. T. Vindobonae, 1895. t. 1. pag. 336. in pr. — Nilles, Symbolae, Oeniponte, 1885. col. 1. pg. LIX. col. 2.

sententiae negativae hac in re dirimentes esse, nemo certe negabit.

Hoc sub obtutu s. Cyrillus non est auctor litterarum Cyrillicarum, quod indubitatum haberi debet.

Nullatenus tamen negandum est factum: denominationem litterarum „Cyrillicarum“ suas in decernanda quaestione necessario habere partes, quod evidens est atque clarum. Ratio enim assignari debet, cur characteres hi recte nomine calleant s. Cyrilli!

Terminus itaque „Cyrillica“ significat non auctorem stricto sensu, sed methodum modumque scribendi a s. Cyrillo praelectum et forma sua ab eodem factum practicum.

Litterae nempe antea unciales a s. Cyrillo usui accommodatae sunt magis practico, quo Sanctus noster auctor dictus est litterarum, vel potius ipsae litterae nomen acceperunt a s. Cyrillo.

Modus iste a nobis „magis practicus“ dictus sic forsan concipi potest, ut dicamus, eundem artem comprehendere usus signorum cotidianam, quam facile cursivam dixeris. Ratio sic litteris uncialibus a s. Cyrillo posita cursiva basin constituisse concipitur explicationis in scribendo successivae, ex qua syllabis, utendo modus perficiebatur explicabaturque noster modernus. Litteras enim signorum originetenus unciales non praxi correspondere probari non debet. Est enim factum tam universale, quod rationibus fulcire superfluum est. Sic concipiendo rem, s. Cyrillus conditor dicebatur artis scribendi litteras unciales practicae, dignus a quo formae ipsae nomen acciperent auctoris.

Transitus formarum sensim adhibitus a nemine notatur, positus vero, prout opinamur, a s. Cyrillo ingenio eximio donato repentine, quaestionem solvebat subito et ut ita dicamus actu unico et cum effectu, quo conditor aestimari coepit litterarum ab omnibus, praepimis a Rossianis, utpote Slavorum omnium maximis, pro quibus Cyrillica facta est essentialis, ita ut sors Russiae et Cyrillicae coadunata diceretur a quibusdam arctissime. Litterae itaque a s. Cyrillo reconstructae obiectum factae sunt gratitudinis Slavorum, imprimis Russorum, quo ipsas etiam litteras denominabant Cyrillicas grates.

Mutationi a nobis conceptae simile quid evenit ante nonnullos annos, sed ex opposito, quando edendo librum Missalis Leopoli anno 1927. editor retrogradiendo formas resuscitavit litterarum pro more nostro hodie novas seu avitas, quo auctor confusionis apparuit omnibus. Loco enim litterarum assuetarum elegit antiquas, quo tum lectio textus, tum usus libri factus est difficillimus. Loco enim litterarum consuetarum v. c.: е, ѡ, я, elegit formas antiquas, quae sunt: ѣ, ѣ, ѣ... et sic auctor corruptionis apparebat.

Opinio itaque nostra de hac re est, s. Cyrillum operas in condendis litteris sic Slavicis habuisse proprias, quae aliae esse non poterant, nisi activitas quaedam formas litterarum spectans specifica. Noscendo enim mores antiquorum, asserendum est, artem scribendi ab exordio difficultatibus plenam fuisse, quae ipsam rationem scribendi litteras ponebat omnibus arduam. Has certe difficultates s. Cyrillus modo quodam permutabat speciali et modificabat explicite, sicque artem scribendi originalem faciliorem reddendo, auctor factus est litterarum Slavicarum, non acsi illas condidisset originetenus, sed quatenus easdem practice et cursive forsitan adhibendo reddebat faciliores et praxi, quod summi momenti censendum, magis correspondentes.

Sententia haec fati commendatur litterarum ulterioribus. Quis enim negabit modum scribendi antiquorum difficultates causare hominibus litteris assuetis modernis. Ista forma litterarum Slavicarum originalis molestiam causabat imo causat hodie quoque in Codicibus usitata antiquioribus, et addisci debet a cultissimis etiam. Gravitas haec a s. Cyrillo sublevata, — adhibendo easdem ratione correspondente practica —, honorandanda erat, quo s. Cyrillus auctor diceretur litterarum sic modificatarum vel usui redditarum faciliori. Et hoc ad conciliandas sententias oppositas sufficere videtur, cum quaestio ipsa non essentialis dicenda sit certe.

Quapropter dicimus:

licet s. Cyrillus non conditor tenendus sit litterarum Slavicarum sensu formali, auferendo tamen difficultates scribendi et litteris utendi certas, dignus reputandus erat, de cuius nomine litterae nuncupandae essent Slavorum ipsae.

Impossibile enim est, denominationem: „litterae Cyrillicae“ ex causa desumptam esse alia, nisi ex persuasione antiquorum, artem scribendi dictam quoquo modo Sancto tribuendam esse Cyrillo, vel Apostolis Slavorum, Cyrillo et Methodio.

Sententia haec fautorem habet sapientissimorum Leonem Romanorum Pontificum XIII., qui in ep. enc. „Grande munus“ haec habet: „Sed etiam civilis humanitatis ex illo beneficium accepit: nam Cyrillus et Methodius principes inveniendi fuerunt ipsas litteras, quibus est sermo ipsorum Slavorum signatus et expressus, eaque de causa eiusdem sermonis auctores non immerito habentur.“¹⁾ Quod certe non ita intelligendum voluit Romanus Pontifex, acsi lingua Staroslavica auctores habuisset ss. Cyrillum et Methodium, sed sensu translato, prout v. c. auctor dicitur aedificii non tantum conditor eiusdem, sed ille etiam, qui illud conservat, reparat reconstruit et quoquo modo in illud influit positive.

Ut rem exemplis ostendamus, en documenta, quomodo forma litterarum essentialiter earundem, lapsu temporis mutetur externa alia.

Primo provocamus ad formam Codicum manuscriptorum antiquorum cuiuscunque idiomatis, a formis assuetis nobis diversorum, lectu etiam fere impossibilium. Consideretur ex. gr. Codex Vaticanus, vel ut exemplum proferamus diebus nostris proprius stans, en forma Bullarum S. Sedis Apostolicae usque ad aetatem nostram servata novissimam. Textus scriptus erat documentorum talis, qui nisi a peritis legi potuit certe.

Aliqua ratione idem probant paradigmata heic addita varia, quae assimilata communicatis iam a nobis in prioribus, ratione mutationis formae externae argumento probant thesin nostram firmissimo.

En quomodo forma litterarum mutata esset a saeculis!


Primo considerandum est testimonium Evangelii Ostromir-ensis, quod licet antiquissimum, elegantia sua decore praestantissimum agnoscendum est. Exemplum a nobis hic prolatum litteras repraesentat formarum Cyrillicarum egregias, easque

¹⁾ Leo XIII. ep. enc. „Grande munus“, dd. 30. Sept. 1880

conspicuas, atque forma praestanti eminentes, quibus excellens decoris enitet forma.

Adnotamus exempla a nobis repraesentanda sumpta esse ex: Chrestomatia Eumenii Szabó, Unghvarini edita anno 1893.


a)
Imago Evangelii
Ostromirensis originalis.



Textus in figura repraesentatus est:

ВЪ КРЪМА ОНО ІАВІСА ІІСѢ ОУЧЕНИКОМЪ СВОИМЪ, ВЪСТАВЪ ОТЪ
МЪРТВЫХЪ. И ГЛА...

b)
Exemplum aliud sumatur
ex Psalterio Mukačensi
in pergameno descripto.



Textus versiculos complectitur Psalmi 50-i primarios cum
inscriptione: Psalmum esse Davidis, ex occasione visitationis
Prophetæ Nathan arguentis eum.

c)
 Novum litterarum
 Cyrillicarum indicium

experimur in textu Evangelii s. Joannis, quod in Chrestomatia Eumenii Sabo videri potest pag. 8-a, desumptum ex originali in Bibliotheca Episcopatus Mukačensis, editi sub titulo: „ЖСпань ханьшь Бѣтнерь ѿ Брашевк.“

ѢЖЕ ѿ ІѠАННА СТОЕ ЄВАНГЕЛІЕ ГЛА

ВЪСТѦА НВЕЛНКАА НЕДѦА ПАСХІИ •



ЗНАЧМО БѢ СЛОВО • Н СЛОВО БѢ
 КЪБѸ • НБѢ БѢ СЛОВО • СЕ БѢ

НСКОНИ КЪБѸ • ВЪСТ ТѢМЬ БЫ

ША НБЕЗНЕГО НИЧТОЖЕ БЫ ЁЖЕ

БЫ • ВЪТОМЬ ЖИВОТЬ БѢ • НЖИ

КОТЬ БѢ СВѢТЪ ЧЛКІУ • НСВѢ

ТЪ ВЪТЪМЪ СЪВѢТІСА • НТЪМА ЕГО НЕО

ІАТЬ • В І ІСТЪХАКЪ ПОСЛАНЫ ШЕА •

ИМА ЕМО ІѠАННЪ • СЪ П

Qua speciale quid inscriptio notanda est ipsius Evangelii, quae testimonium est aetatis recentioris, quam in editionibus nostris etiam invenimus.

Inscriptio est: ѢЖЕ ѿ ІѠАННА СТОЕ ЄВАНГЕЛІЕ ГЛАВА.

Pars citata est ex Evang. s. Joannis, pro festo Paschatis.

d)

Insigne novum
citur ex Horologio Krakovensi
typis mandato anno 1491.

Р ѿ двора у насъ обрадована аца
рїегъ стовою . к ѿ веннаты в ть жена нѣ лѣ
нѣ плѣ а тробы твоѣ а . такорѣ днхъ аспїа
нѣ зва в нтел а дѣ ша дѣ на шнцѣ : ~ ѿ е ѿ .

ѿ ла ѿ рѣ стнтелю хъ в те бѣ а дѣ лнцѣ . вѣ стѣ
нѣ а помѣ нн . да нѣ зва в нцѣ а ѿ па па стенн
шнхъ . те бѣ бѣ ѿ да на бы стѣ бла годѣ ть
мо лн тн с а за ны : ~ ѿ е ѿ и ны ѿ мо лн те
за ны стї и а плн . прѣ цн нѣ цн нцн н в сн стї и
да нѣ зва в нцѣ а ѿ бѣ нскрѣ бен . вѣ бѣ те
плы а прѣ стател а кѣ сї е ѿ с та ж а хъ ѿ .
ѿ е ѿ и сѣ бѣ б е з дѣ нї а г лѣ ѿ ѿ твое бѣ лгѣ
ж тровї е прн вѣ га е дѣ . бѣ цѣ дѣ во , дѣ лѣ вѣ на
шнхъ вѣ скрѣ бн н е прѣ зрн . нѣ ж ѿ бѣ нѣ зва
вннѣ , е днн а чн с та а нѣ бѣ лѣ в е на а : ~

De specimine citato adnotanda habemus sequentia :

Textus desumptus est ex consueta Vesperarum s. Quadra-
gesimae terminatione. Complectitur troparia: ad B. V. Mariam,
seu orationem: Ave Maria Deipara, dein troparion ad s. Joan-
nem Baptistam, ad Sanctos et demum hymnum ad B. Virginem
Mariam, orationem vulgo: Sub tuum praesidium . . ., iuxta textum
nostrum.

Qua diversitas in textu notanda sunt verba usui nostro hodierno insolita, quae sunt:

ПА^АВЪ Ж^ВТРОБЫ ТВОЕЯ...

Hodie sic habemus: ΠΛΟΔΧ ЧРѢВА ТВОΕΓΩ... seu: ... fructus ventris tui...

Ulterius:

characteristicum est usus termini Graeci: με — μετάνιε, quod est: μετάνιie et significat: ποκλονχ, prout hodie in usu etiam est.

Deinde qua differentia notanda est applicatio textus sic: ПО^Д ТВОЕ БЛГВЖТРОБИЕ... qui hodie sic usurpatur: ПОДХ ТВОЮ МИЛОСТЬ.¹⁾

Demum notandae sunt abbreviationes, quae de facto dexteritatem requirunt usus textus antiqui. Tales sunt: v. c. pro: ГЛАВА = Gloria, et: Н НЫНѢ = et nunc, vel prout Occidentales habent: Sicut erat...



¹⁾ V. Molitvoslov, Užhorod, 1895. pag. 338 – 39.

e)

Textus alius ex a. 1546.,

editus a: „Филипъ молдовѣнинъ“, qui complectitur orationem Dominicam.

ОУЕНШЬНЖЕЕСННАНБСЄ
ХЬ • ДАСТНТСАИМАТВОЕ • ДАПРІНДЕТЬ
ЦРТВОТВОЕ • ДАБЖДЕТЬВОЛѢТВОАЙКО
НАНБСННАЗЕМЛИ • ХЛѢВЬНШЬНАСЖЩ
СТЪВНЫН ДАЖДЬ НАМЬ ДНЕ • НОСТАВН
НАМЬДЛГЫНАШЕ • ЯКОНМЫОСТАВЛЕ
МЬДЛЖНИКѸ НАШН • ННЕВЗВЕДН НАВЗ
НАПАСТЬ, НЖ НЗБАВНА Ѹ ЛЖКАВАГО •
ЯКОТВОЕЄ ЦРТВІЕНСЛА НСЛАВАВЪВЪ
КЫ АМННЬ

De hoc textu notandum est characteristicon usus litterae modernae: ŝ, seu: оу, quae in citato signatur forma: ж.

Ex. gr.:

ДА БЖДЕТЬ...

РѢНСЕ ЖИВОНОСНЫИ КРСТЪ .
БЛГОУТІА НЕПОБѢДИМАА ПОБѢ
ДА . ДВЕРЫ РАИСКАА И ВЪРІИ ОУ
ТВРЬЖЕНІЕ . И ЦРКВАМЪ ЗАБРАЛ
НИЧЕ . ИМЖЕ ТЛѢ РАЗОРШИСЕ НОУ
ПРАЗНІСЕ . И ПОПРАНА БЫ КЪ МРЬ
ТНА СЛА . И ВЪЗНЕСОХОГ : ѠЗЕМ
ЛЕ КЪНБНИИ . ОРУЖІЕ НЕПОБѢД
МОЕ . БѢСО СЪПРОТНВ ІАЧЕ . СЛА
МНИКО , И ПРПОБНИИ ІАКО ВЪНСТН
НОУ ОУДОБРЕНІЕ . И РИСТАНИЩЕ
СПЕНІА . ПОДАЕМНРОВИ ВЕЛНІО

Testimonium citatum forma externa aliquatenus divergens
est et lectu difficilium.

Textus desumptus est ex officio festi Exaltationis SS.
Crucis: stichyra ad stichos in Matutino prima.

Qua speciale quid notandus est usus termini: и цркъвамъ
забралниче, qui hodie sic habetur: цркъве ѡграждѣніе.

g)

Textus ex s. Liturgia s. Basilii Magni ex oratione sacerdotis ad: Благодаримъ ГДА (Gratias agamus Domino):



ВАСИЛІЯ ВЕ:



СЛС.

СЛАВНТИ ЕДИНАГО ВЪИСТИННУ
ЩАГО БА, И ТЕБѢ ПРИНОСИТИ
ВЪ СРЦИ СЪКРУШЕННОМЪ, И ДУХѢ
СМЪРЕНІА СЛОВЕСНУЮ СЮ СЛУЖБУ
НШУ: И КЪ ТЫ ЕСИ ДАРОВАВШИ
НАМЪ ПОЗНАНІЕ ТВОЕ ИСТИНЫ,
И КТО ДОБОЛЕ ВЪЗГЛЯТИ СИЛЫ
ТВОЕ; СЛЫШАНЫ СЪТВОРИТИ
ВЕСА ХВАЛЫ ТВОЕ; ИЛИ НЕПО-
ВѢСТИ ВЕСА ЧУДЕСА ТВОЕ, НА
ВЕСАКОЕ ВРЕМЯ: ВАКО ВЕСАЧЕРКИ,
ГНѢСѢ, И ЗЕМЛЯ И ВЕСА ТВАРИ,

С С

ВНДН-

1) Leiturgiarion, Gñ 6stx Gloužebnikъ, Leopoli, 1666. pag. 236.

h)

Ex eodem libro ex parte ekteniarum seu collectarum intentionum variarum. Textus collectae magnae, cum additamento pro fidelibus defunctis.



✠ **ЕКТІНІА,** ✠

Міромъ ГДѸ помолѣмъ ся . И прочалъ : да же до
Королѣ : Иже приложѣ сѣа ЕКТІНІА , Аще общѣ
ѡ вѣбѣхъ Бѣопшнѣхъ молѣшнѣа , ѡ сѣа Пѣрвыа
ЕКТІНІА научнѣа , Вторѣа прѣстѣпнѣа , Трѣтѣа и
вѣа прочалъ по радѣ Чтѣнѣ .

Одшѣхъ вѣбѣхъ ѡ вѣка въ Правобѣрѣн надеждѣ
Въскрѣнѣа , и жнзнѣ вѣчнѣа Бѣопшнѣхъ Отѣцѣ и
Брѣтѣнѣа нашнѣхъ , и Блѣжѣннѣхъ Ктѣиторѣвѣ стѣа
Обѣтѣа сѣа , ГДѸ помолѣмъ ся .

Аще же ѡ нѣкоторѣхъ , или ѡ ѣднѣомѣ молѣшнѣа ,
ѡ Вторѣа сѣа прѣстѣпнѣа Пѣрвѣа , научнѣа :
И вѣа по радѣ Чтѣнѣ .

О рабѣхъ Бжѣннѣхъ , (или ѡ рабѣхъ Бжѣннѣхъ) нѣмѣхъ :
и блѣжѣннѣомѣ покѣнѣнѣхъ , (или ѣгѣѡ) ГДѸ помѣ :

О ѣже прѣстѣпнѣа нѣмѣхъ , вѣакоѣ ѣзгрѣшенѣе вѣолнѣе ,
и не вѣолнѣе , ГДѸ помолѣмъ ся .

О ѣже прѣстѣпнѣа бѣтѣнѣа нѣмѣхъ , ѣз Авраѣмомѣ ,
и Исѣакомѣ , и Яковѣомѣ , ГДѸ помолѣмъ ся .

О ѣже вѣтнѣнѣа дшѣа нѣхъ , въ ѣтрѣанѣ жнвѣнѣхъ , въ
мѣстѣ свѣтлѣа , и дѣже вѣн стѣа Пѣрвѣа прѣведнѣа по
чѣкѣнѣа , ГДѸ помолѣмъ ся .


О ѣже не вѣсѣждѣннѣа прѣстѣпнѣа нѣмѣхъ , стѣрашнѣомѣ
сѣднѣа Кѣдѣа , ГДѸ помолѣмъ ся .

О ѣже насѣдѣнѣа нѣмѣхъ , бѣзѣмѣртнѣе оно цѣртѣе .
ГДѸ помолѣмъ ся .

✠ **ѣже**

1) Ex eodem Codice, съкратѣнѣе нѣждѣннѣа и вѣакоѣ потрѣбнѣа ектѣнѣа .
Additamentum collectarum necessitatum et piarum. Pag. 54.

i)
Forma litterarum moderna.



j)

Testimoniis citatis unciatis addimus textum cursivum ex saeculo XVII-o, qui comparatus arti nostrae facile transitum significare potest ex unciato in cursivum. Litterarum plurimae neque unciatae neque cursivae, sed characterem redolent quasi utriusque. Modus scribendi usu notatur abbreviationum, quae hodie in usu cotidiano non amplius habentur.



Артыкулы 12. о спобахъ, крешенихъ, и Погреббахъ.
 Священникъ, который Парохіана безъ позволенія власного Духовного, окреститъ, звѣн-
 чать, або погребетъ, повиненъ дати всю плату власному парохіяльному Духовному, на то за-
 платитъ бершагу протопопѣ златыхъ шесть.
 Артыкулы 13. о спобахъ молодыхъ, и геретикахъ.
 Которіи духовніи звѣнчають дѣвку предъ 12. лѣтъ, або Младенца предъ 14. лѣтъ, або Рус-
 нака згеретикою, або руску згеретикомъ караніи будутъ бершагу златыхъ 12.
 Артыкулы 12. о спобахъ, крешенихъ, и Погреббахъ.
 Священникъ, который Парохіана безъ позволенія власного Духовного, окреститъ, звѣн-
 чать, або погребетъ, повиненъ дати всю плату власному парохіяльному Духовному, на то за-
 платитъ бершагу протопопѣ златыхъ шесть.
 Артыкулы 13. о спобахъ молодыхъ, и геретикахъ.
 Которіи духовніи звѣнчають дѣвку предъ 12. лѣтъ, або Младенца предъ 14. лѣтъ, або Рус-
 нака згеретикою, або руску згеретикомъ караніи будутъ бершагу златыхъ 12.

ѣсн¹⁾)

ѣднѣ²⁾)

Adnotamus, principium hoc servatum esse in editionibus variis, quales sunt ex. gr.: Molitvoslov, Unghvarini, 1895.; item in edit. Leopoliensi, facta curis Instituti Stauropigiarum, a. 1906.; vel Moskvaе, a. 1889.; item in Časoslov, Žowkwa, a. 1910.

β) Syllaba incoepta cum: e, exprimitur per: ѣ.

Ex. gr.

трѣбѣмъ³⁾)

свѣтѣ⁴⁾)

дправдѣмъ⁵⁾)

воспѣваемъ⁶⁾)

твоѣю⁷⁾)

Adnotamus: regulam hanc in editione Unghvariensi, item in edit. Moskvaensi ex a. 1889. iam non servari adamussim. Imo in vocabulis terminatis cum: ie, iе, regulam omitti fere omnimode. Cf. v. c. ib. orat. vesp. sacerd. quintam.

γ) In plurali applicatur semper: ѣ, quo et discrimen exprimitur inter singularem et numerum pluralem in vocibus, in quibus sonus externus idem apparet.

V. c. :

прошѣнѣ⁸⁾)

всѣческа⁹⁾)

сѣрдѣчна¹⁰⁾)

царѣмъ¹¹⁾)

1) Ibidem.

2) L. c. oratio ante s. Commun. sacerdotis. S. Sim. Metaphrasti.

3) Molitvoslov, Žowkwa, 1910. orat. sacerd. vesp. quinta.

4) Ib. orat. 3.

5) L. c. orat. Mat. 3.

6) Ib. or. in Matut. 2.

7) Ib. or. 4.

8) Molitvoslov, or. sacerd. vesp. 3.

9) Ib. oratio, 6.

10) Kontakion, in honorem s. Lucae Evang. 18. X.

БЛАГОДАРѢНІА

ὄτέцѣ (patrum) et ὄтѣцѣ = pater.

Haec ad discrimen ponendum inter singulare et plurale.

V. c. in exemplis adductis:

прошѣніа	= orationis;	прошѣніа	= orationes;
всѣческіа	= universi (alcius);	всѣческаа	= universa;
царѣмѣ	= cum rege;	царѣмѣ	= regibus.

De usu: ε sit adnotatum generatim, regulam dictam in editione Stauropigiarum retentam esse perfecte; item in editionibus aliis, sed non omnibus.

δ) littera: э adhibetur in vocibus:

a) этѣтѣ, этѣ, этѣ; эй, этѣкѣ, экѣй;

et b) in vocibus seu vocabulis transsumptis ex idiomatibus aliis. V. c.

эквѣторѣ = equator;

эконѣмѣ = oeconomus;

поэма = poema . . .

2. De litteris: и et ѣ notandum est, primam applicari in syllabis clausis, alteram in iisdem apertis, seu non clausis. Vel in syllabis, quae reputantur tamquam clausae, seu ante litteras: ε, і-ε, ю, ѡ. V. c.

почтѣмѣ = honoramus;

влѣніе = influxus;

внидѣ = introibo . . .

3. Formae ad exprimendam litteram in Latino usurpatam: „o" — in Staroslavico adhibentur sequentes:

о, о et w,

imo forma prima iunctim etiam occurrit cum littera: у, seu: у, оу et legitur semper tamquam Latinum: u. Haec posterior applicatur in principio vocum. V. c. оукрашѣніе = ornamentum, quod de usu dicto notasse sufficiat.

Quod usum attinet formarum: о — о — w, regulae statui possunt sequentes. Forma prima dicitur: omikron et adhibetur ordinarie in singulari. Hoc potissimum de syllabis valet post consonantem et clausis. V. c. мой = meus; родѣтель = parens; плодоноснѣ = fructifere.

Nisi sint rationes quaedam verba scribendi speciales. V. c. ΜΝΩΓΑ ΔΟΒΡΑ ΔΚΛΑ = multa bona opera.¹⁾ Licet terminus citatus scribatur etiam cum: ο. V. c. ΜΝΟΓΟΟΧΉΤΗΝ = multos oculos habentes.²⁾ Vel in eodem capite Joannis: versiculo 41.: Ἦ ΜΝΟΖΗ ΠΡΪΝΔΟΨΑ ΚΧ ΝΕΜΪ = Et multi venerunt ad eum.³⁾

Regula de littera: „o“ ulterior est, illam in principio syllabarum, seu in syllabis cum sono: „o“ incipientibus nunquam adhiberi. Sicubi in libris typis impressis inveniatur, signum est mendii typographici.⁴⁾

Signum alterum, seu: ο dicitur „o plenius“ et applicatur exclusive in principio vocum. V. c.: ὄχι = oculi; ὄγνη = ignis.⁵⁾ Item usurpatur in syllabis compositis ex praepositione et vocibus incipientibus cum: ο. Sic v. c. πρὸοβραζνῶ = exemplariter.

Ultima forma: ω dicitur „omega“ et significat generatim usum pluralis, cui addi debet in singulari genitivus, qui semper scribitur cum: ω. V. c. σκῶρβη = tribulationes.⁶⁾ Vel: ἡμενι ἐγῶ = nomini eius.⁷⁾

De usu formarum dictarum notandum est ulterius: litteram: „o“ applicari in medio vocum. V. c. κὸσκλίκνιτε = iubilare.⁸⁾

Uterius: ω applicatur praeter plurale in principio vocum seu verborum, — nisi quaedam exceperis — fere cunctorum. Sic ex. gr.: ὠβράζαι = convertens.⁹⁾

Addimus esse terminos, qui semper cum ω scribendi sunt. Sic praepositio: ὠ (oh), vel ὠ (a, ab), quod ultimum in compositione verborum etiam sic applicatur. V. c. ὠκκιάσια = responderunt.¹⁰⁾

1) Jo. 10. 32.

2) Cf. S. Lit. S. Bas. M. in fine orationis ante: ΠΟΒΚΑΝΪΟ ΠΪΚΗ = Victoriae hymnum. Ed. Leop. 1899. Cf. Goar, Euchologion Graecorum, Venetiis, 1730. pag. 141. v. f.

3) Jo. 10. 41.

4) V. Izbornik, Leopoli, 1887. Matut. mel. 1. versus ante stichyram gloriae; ὀργάνα. Cf. Ps. 149. 4.

5) Ib. v. 2.

6) L. c. v. 1.

7) Ps. 65. v. 6.

8) Jo. 10. 33.

9) Cf. Can. in festo Desc. Spir. S. in hymno 9.

10) Jo. 10. 33.

Usurpatio litterae: ω, seu omega in principio terminorum tam praevalens dicenda est, ut omega maneat in illis etiam vocibus, quae ex compositione factae sunt. V. c. ѠДОКОВОБРАЦАТЕЛЬНЫЙ = facile mobilis.¹⁾ Regula de retinendo signo originali generalis est et refertur ad terminos quoque, qui cum „o pleniore“ sive medio scribendi sunt. Sic ex. gr.: СВѢТОБРАЗНЫЙ = illucescens; ЯЗЫКООГНЕБРАЗНЫЙ = formam linguae ignis habens.²⁾

Demum notandum est verba quaedam imprimi sive cum: o, sive cum: ω. Sic: ѠМЕРТВѢША = non sui compotes fecere.³⁾ Vel: ѡМЕРТВѢША.⁴⁾

Quae sint istae voces seu verba, quae in principio scribi debeant cum: o vel cum: ω, ex praxi addiscendum est. Regula de hac re statui posse videtur nulla. Vel dicendum est: ubi syllaba incipit cum signo: o, habente accentum, ibi scribi debet littera: o, ubi vero accentu orbatur, manet: ω. V. c. ѠБА, ѡБА, ѠГНЬ, ѠГНЕННЫЙ, ѠБРАЗ,⁵⁾ licet hoc ultimum sic etiam scribatur: ѡБРАЗ.⁶⁾

Prout ubique, hic quoque exceptiones dari manifestum est. Sic v. c.: ѠТЦЬ = pater; ѠТРОКОВИЦА = filia (virgo.)

Quod ipsam attinet litterarum dictarum pronunciationem, dicendum est inter signa: o et Ѡ nullam esse in proferendo differentiam. Pronunciantur qua „o“ simplex. Alterum, seu: ω item sonat sicut: „o“, eo cum discrimine, ut legatur aliquatenus protractius.

De praxi moderna dicendum est, applicando litteras, seu formas in prioribus pertractatas ad significandum: „o“, nullam nos in proferendo ponere distinctionem, legendo nempe cuncta: „o“. Experientia tamen docet, dari locos, ubi signa nostra pronunciantur aliter. Sic in Podkarpatska Russ littera haec legitur sono in Latino convenienter: a. V. c. Борода́ — a Russis in Maramaros, Bereg, Ung... profertur tamquam: baradá. Sed

1) Cf. Can. in festo Desc. Spir. S. in Hyrmo 9.

2) Ib. in Hyrmo 5.

3) Cf. Izbornik, Leopoli, 1887. Mat. kathisma 2. mel. 6.

4) V. troparion mel. 6.

5) Molitvoslov, Unghvarini, 1895. pag. 356.

6) Ibidem, pag. 341.

II. Litterae reliquae sunt consonantes.¹⁾

Et quidem :

б, в, г, д, ж, з, к, л, м, н, п, р, с, т (τ), ф, х, ц, ш, щ, љ, џ, ѣ, ѧ.²⁾

Formam earundem seu figuram ecclesiastico-slavicam vide in tabula pag. 42.

§ 16.

De divisione litterarum et de signis aliis.

Tum vocales tum consonantes dividi solent varie. Cui accedunt signa scribendi in textu varia, de quibus nunc singillatim.

a)

Divisio vocalium.

Vocales dividi solent :

a) in solidas : а, о, ѡ, ѣ, ѧ, ѣ, ѧ ;

b) in liquidas : е, к, н, і, ю, ѡ ;

c) in duplices : і-е, ю, ѡѣ et quae cum semivocali : ѣ for-
mantur ; prout : аѣ, оѣ, еѣ, ѣѣ, юѣ, ѡѣ ;

d) in longas : н, к, ѡ ;

e) in breves : о, е ; et demum :

f) in medias : а, і, з, ѣ, ѧ, ѣ, ѧ.

b)

Divisio consonantium :

Consonantes dispescuntur ratione expressionis et sunt :

1. labiales : б, в, м, н, ф, џ ;

¹⁾ Cf. pag. 67.

²⁾ Communicata forma earundem unciali (cf. pag. 61.), hic figuras damus cursivas.

2. gutturales : Γ, Κ, Χ ;
3. dentales : Δ, Τ, Θ ; et :
4. sibilantes : Ζ, Σ, Ξ, Ϟ, Ψ, Ω, Ξ̃ ; et
5. liquidae : Λ, Η, Ρ.

c)

Signa scribendi reliqua :

Signis in prioribus recensitis accedunt signa :

κ, seu jor crassum, id est : solidum et :

κ̃, seu jer tenue, id est molle.

Signa haec semivocalia audiunt, cum primum antiquitus esset quasi dimidiata vocalis : e, seu ϵ ; alterum vero consonantem antecedentem¹ faciat liquidam seu mollem.

Litterae citatae binae adhibentur generatim in fine vocum, vel iuxta scribendi rationem antiquam : κ aliquando in medio vocis, ad significandam litteram aliam, v. c.: ο.¹) Littera vero :

κ semper adhibetur, sicubi antecedens exprimenda sit cum sono molle.²)

Littera : κ apud Russos in usu civili novissime omittitur, littera tamen : κ̃ adhibenda est hodie quoque, quod exempla probant, seu verba cum vel sine semivocali hac scripta et significantia aliud Sic v. c.:

κρόκκ = tectum, et :

κρόκκ̃ = sanguis ; vel :

κόνκ = foris, et :

κόνκ̃ = foetor ; item :

ϊάδκ = venenum ; et :

ϊάδκ̃ = esca.

De semivocalibus his notandum est, illas in textu ecclesiastico aliquando omitti, signo tamen quodam supra litterarum

¹) Cf. Paradigma pag. 12.

²) Ibidem.

faciem seu supra litteram vocis ultimam notari. Sic: кроѣ, et dicitur: Jerik, quod distinguendum est a signo: ^, v. c. кроѣ, quod posterius dicitur: Pajerik, et significat in voce semivocalem: ѣ — subintelligendam esse.

Litteris semivocalibus adnumeratur littera: ѣ etiam.

De: ж seu jor crasso et de: ѣ seu jer tenui notandum est, illa in Codicibus antiquissimis adhibita fuisse ad significandas vocales vel consonantes alias, quod ex lectu facile deduci potest. Exempla videri possunt in tabullis ex Codicibus antiquis volumini nostro adiectis.¹⁾

¹⁾ Cf. pag. 12.

§ 17.

Alphabetum Glagoliticum.

Diximus virtutem idiomatis Staroslavici praeter perfectionem suam internam ex usitatis in eo patere abundanter signis seu litteris, quibus testantibus usus hic formas prae se fert duplices. Praeter litteras enim hucusque agitatae Cyrillicas, in Staroslavico alias etiam invenimus usitatas, quae signa dicuntur seu characteres Glagoliticis, qui de s. Hieronymo appellantur: Hieronymiani.

Terminus hic derivatur ex epitetico slavico: БЪКВИЦА ГЛАГОЛИТИКА, et quidem tum a verbo: глаголь, qua nomine substantivo; tum a termino litterae: г, h, seu prout legitur: г. In utroque casu significat idem ac: глаголь, seu rationem scribendi et legendi signa, seu litteras notandi et pronuntiandi.

Notas Cyrillicas adhibet Ecclesia Orientalis, posterioribus, seu litteris Glagoliticis utitur Ecclesia Occidentalis. Signa haec characteris dicuntur a s. Hieronymo nuncupati, quasi inventor eorundem primus s. Hieronymus fuisset.¹⁾

¹⁾ Cf. notam pag. 47. et squu.

De signis Glagoliticis testimonia habemus Romanorum Pontificum mediata et immeadiata.

Ad testimonia mediata pertinet testimonium Joannis VIII-i, de quo Leo XIII. in ep. enc. „Grande munus“ refert, commemorando epistolam eiusdem Joannis VIII-i ad Suentopolcum Moraviae principem missam huius formae: „Demum hinc est usus slavonici sermonis in ritibus sanctissimis impetratus, atque hoc anno decimum expletur saeculum, ex quo Joannes P. M. ad Suentopolcum Moraviae principem ita scripsit: Litteras slavonicas, . . . quibus Deo laudes debitae resonant, jure laudamus, et in eadem lingua Christi Domini Nostri praeconia et opera ut enarrentur jubemus. Nec sanae fidei vel doctrinae aliquid obstat, sive missas in eadem slavonica lingua canere, sive sacrum Evangelium vel lectiones divinas Novi et Veteris Testamenti bene translatas et interpretatas legere, et alia horarum officia omnia psallere.“¹⁾)

De eodem Joanne VIII. Innocentius Romanorum Pontificum X-us (1644—55.) haec habet: „Quum igitur Illyricarum gentium, quae longo lateque per Europam diffusae sunt, atque ab ipsis gloriosis Apostolorum Principibus Petro et Paulo potissimum Christi fidem edoctae fuerunt, libros sanctos iam inde a d. Hieronymi temporibus, ut pervetusta ad nos detulit traditio; vel certe a Pontificatu fel. rec. Joannis Papae VIII. praedecessoris nostri, uti ex eiusdem data super ea re epistola constat, ritu quidem Romano, sed idiomate Slavonico, et caractere s. Hieronymi vulgo nuncupato conscriptos, opportuna recognitione indigere compertum sit.“²⁾)

Accedit testimonium Urbani VIII. (1623—44.), qui in Const. „Ecclesia catholica“³⁾) commemorat Joannem dictum VIII-um, qui „idiomate slavico olim a fel. rec. Joanne VIII. praedecessore nostro concessum“, sc. usum approbando Missale Illyricum emendatum recenset.

De eodem Urbano VIII-o Innocentius superius citatus X-us

1) Leo, ep. enc. „Grande munus“, dd. 30. IX. 1880. v. finem.

2) Innocentius X., in Constit. „Romanum Pontificem“, dd. 22. februarii, a. 1648.

3) Urbanus VIII. Const. „Ecclesia Catholica“, dd. 29. aprilis a. 1631.

haec habet: „nos rec. mem. Urbani Papae VIII. etiam praedecessoris nostri, qui Missale Illyricum emendatum iuxta nuperimas illius reformationes caractere Hieronymiano, ac lingua Slavonica typis vulgari mandavit.“¹⁾)

Hic speciatim memoria qua probatio characterum Glagoliticorum tenenda est Innocentii X-i, qui citando verba superius a nobis allegata addit: „... vestigiis inhaerentes, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotio propagationis fidei per universum Mundum praepositorum consilio, venerabili fratri Raphaeli²⁾) Archiepiscopo Achridae, seu Primae Justinianae, mandavimus, ut Breviarium Illyricum, ante annos centum impressum, recognosceret, et ad formam Breviarii Romani Latini nuper a praedicto Urbano praedecessore reformati in praedictam linguam Slavonicam redigeret. Quod cum idem Raphael Archiepiscopus diligenter praestiterit, dictumque novum Breviarium Illyricum a peritis praedictae linguae, et in sacris litteris edoctis viris comprobatum fuerit; idcirco nos motu proprio, ac ex certa scientia et matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, de simili praedictorum Fratrum nostrorum consilio, Breviarium praedictum tenore praesentium confirmamus et approbamus, typisque mandari iubemus.“³⁾)

Dein nominari nebet Benedictus Romanorum Pontificum XIV-us (1740—58.), qui ex studio in linguam Staroslaviam et usum eiusdem in Ecclesia Occidentali epistolas edidit plures, inter eas epistolam „Ex pastoralis“.⁴⁾)

De iisdem loquitur Pius VI. 1775—1799.), qui in Constitutione sua: „Suprema potestas“⁵⁾) haec habet: „Cum itaque sicut accepimus Breviarium Ritu quidem Romano, sed idiomate Slavico, et Caractere s. Hieronymi vulgo nuncupato conscriptum, olim fel. rec. Joanne PP. VIII. Praedecessore Nostro concessum,

¹⁾ Joannes X. l. c.

²⁾ Raphael Levacovich, Croata, Ord. s. Franc. Min. de Observantia, Archiepiscopus Achridanus, obiit an. 1650.

³⁾ Innocentius X., Const. „Romanum Pontificem“, dd. 22. februarii, a. 1648.

⁴⁾ Bened. XIV. Const. „Ex pastoralis“, dd. 25. VIII. 1754.

⁵⁾ Pius VI. Const. „Suprema potestas“, dd. 11. Martii 1791.

et ab anno MDCXLVIII. Innocentii PP. X. item Praedecessoris nostri jussu reformatum, et typis editum, ac postea anno scilicet MDCLXXVIII. iterum recusum jamdiu desideretur, utpote a centum et ultra annis nunquam amplius typis mandatum, fuerit; atque inde acciderit, ut nonnulli ex Natione Illyrica, qui ad Horarum Canoniarum recitationem tenentur, Breviarii innopia laborantes, muneri debito, non sine gravi animi moerore et sollicitudine satisfacere minime possint; Nos Praedecessorum Nostrorum Sancti Pii V. et Clementis VIII. et Urbani etiam VIII., qui Breviario Romano reformando, recognoscendo, et approbando sedulam navarunt operam, vestigiis insistentes, commodo et conscientiae securitati eiusdem Nationis Illyricae, quae late diffusa est et Turcas inter et Schismaticos posita Catholicam semper fidem servavit, ac strenue propugnavit, quantum cum Domino possumus benigne consulere volentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandae Fidei Praepositorum consilio, accitis ad hoc ex illa gente Viris eam linguam apprime callentibus, ac sacris litteris non minus, quam pietate instructis, postquam Breviarium Slavonicum praedictum mandavimus diligenter ab ipsis recenseri, necnon recentiora Officia Sanctorum, quos hucusque haec Sancta Sedes publico donavit cultu, in idem Slovenicum Idioma sedulo converti, illique inseri, et supraaddi et servato Idiomate Slavo litterali in omnibus iuxta praescripta per fel. rec. Benedicti PP. XIV. Praedecessoris Nostri inspicientes „Ex Pastoralis“ XVIII. Kal. Sept. anno XIV. expeditas litteras, quod revera benedicente Domino perfectum omnino est: motu proprio, et certa scientia, et matura deliberatione Nostra, sic recensitum, emendatum et auctum, cum adiunctis Officiis Sanctorum recitandis pro aliquibus locis ex Indulto Nostro Apostolico separatim impressis, tenore praesentium confirmamus et approbamus, et typis Congr. Prop. Fidei praedictae committi jubemus.“¹⁾)

Novissime de Missali Glagolitico, seu de editione eiusdem S. a Sede procurata haec enuntiata leguntur in A. A. Sedis, dd. 1. Aprilis, Nr. 4. a. 1927. pag. 156.:

„Quum nova editio Missalis Romano-Slavonici caracte-

¹⁾ Pius VI., Const. „Superna potestas“, dd. 11. III. 1791.

ribus latinis impressa, studio et cura Revmi D. Josephi Vajs delegati ab Episcopatu Jugoslaviae, probante Sede Apostolica, completa sit et, revisione rite peracta tum ab Illmo et Revmo D. Antonio Bauer, Archiepiscopo Zagrabienŕsi, de mandato ceterorum Episcoporum Regni S. H. S., tum a Revmo D. Hieronymo Mileta, Episcopo Sebenicensi, Sacrae Rituum Congregationis Consultore, eorumque iudicio nihil obstet quominus Apostolicae Sedis approbationi subiiciatur, idem Archiepiscopus Zagrabienŕs ceterique Episcopi Jugoslaviae, Sanctissimum Dominum nostrum Pium Papam XI. supplicibus votis deprecati sunt, ut novam hanc editionem Missalis Romano-Slavonici characteribus latinis concinnatam approbare dignaretur. Sanctitas porro Sua his precibus ab infrascripto Domino Cardinali Sacrae Congregationis Rituum Praefecto relatis benigne annuens, praedictam editionem Missalis Romano-Slavonici characteribus latinis exornatam approbavit et universo Clero lingua slavonica rite utenti libenter indulŕit: servatis rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 9. Martii 1927. A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R. E. Praefectus. Angelus Mariani Secretarius."¹⁾)

Ex citatis patet, conditionem usui linguae Staroslavicae in Ritu Latino appositam olim, seu de litteris adhibendis Glagoliticis, abolitam hodie esse, et usum Missalis Romano-Slavonici characteribus latinis factam omnibus, quibus iuris est, concessam esse. Quod in usu idiomatis Staroslavici in Ritu Occidentali summi momenti esse nemo non videt. Difficultas enim ex usu signorum Glagoliticorum abolita est, et applicatio Missalis, id est usus linguae Staroslavicae, modo — qui edici verbis minime possit — facilis reddita est.

§ 18. *al*
**Forma notarum Glagoliticarum
 externa et usus earundem.**

Prout exemplum, seu litterarum Glagoliticarum pagina nostra 76. publicatarum probat externa, affirmandum est, figuras Glagoliticis legendo, eo magis scribendo difficillimas esse. Et

¹⁾ V. A. A. Sedis, 1927. Nr. 4. pag. 156.

cum conditio celebrandi Occidentalibus determinatis Liturgiam et Breviarium absolvendi adhibendo libros signis his Glagoliticis impressos, olim statuta esset expresse,¹⁾ patet, usum linguae Staroslavicae Latinis fuisse antea valde arduum et perdifficilem. Applicatio enim idiomatis praescripti difficultatem nanciscebatur omnibus fere insupportabilem. In hoc rationem videre licet usus idiomatis Staroslavici in sphaeris Occidentalibus labefactati in dies atque tempora.

Difficultas haec eo vel magis ardua erat nimis, quia ars scribendi et legendi textum Glagoliticum praeter usum ecclesiasticum adhibetur hodie nullibi.


Quod usum attinet Alphabeti Glagolitici, dicendum est, eundem genio et spiritui idiomatis Staroslavici minus correspondere, quam stylum Cyrillicum. Ad probandum assertum sufficiat provocare ad defectum v. c. signi in Glagolítico: ѣ quod exprimitur in Cyrillica per: ѣ, seu jer molle quod consonantes antecedentes facit semper liquidas. Maxima tamen difficultas est, signa Glagolitica uncialia esse, quod usum eorundem facit hominibus fere importabilem. Formae Glagoliticae dictae cursivae²⁾ etiam rationem habent externe separatam et ideo praxi minime commendatam. Impedit enim, quominus scribendo pennam acceleremus, imo usum signorum reddit tardissimum, ita ut quod in legendo hebetudo, illud in scribendo modus adhibendi tenendus sit Glagoliticus.

Ut formam litterarum Glagoliticarum in figura videamus textus, en effigies ex Evangelio Remensi.



¹⁾ Cf. decretum S. Rit. Congr. dd. 5. VIII. 1898., sub III. V. pag. nostrum 34.

²⁾ Vide pag. 76.



Ex imagine videmus stylym Glagoliticum specie externa decorum esse, lectu tamen difficillimum itaque minime practicum.

§ 19.

De abbreviatione signorum seu de contractione litterarum.

Solent verba in Staroslavico litteris scribi contractis, quae formam quamdam legendo constituunt specialem. Terminos enim vel verba saepenumero in libris occurrentia ecclesiasticis invenimus descripta ita, ut — omissis aliis — litteris nisi signentur summe eadam caracterizantibus.

Scribendi modus hic dicitur abbreviatio signorum, seu contractio litterarum, quae tum in manuscriptis, tum frequentissime invenitur in Codicibus typis impressis aequae.

Exempla videri possunt in tabellis volumini nostro appositis.

Abbreviatio litterarum, vel potius vocum duplex est. Sive litterae manifestantur vocum prima et ultima, sive adhibito signo

compendii generalis in eodem littera denotatur vocis characteristica.

Nota abbreviationis duplex est: simplex et composita et vocantur: титла et словотитла. Nota simplex est figura contractis superimposita ad denotandum verbis, litteras contractas terminum significare compendio litterarum impressum. Composita vero vocibus superimponitur, habens in medietate litteram verbi seu vocis characteristicam. Littera signo abbreviationis sic imposita distinctionem ostendit verborum.

Res exemplis apparebit clarior.

Abbreviatio simplex, seu: титла:

Хѣъ = Христѡсъ, Кѣъ = Богъ, Сїѡсъ = Спасѣсъ, Сѣптелъ = Спаситель, Сѣъ = Сынъ, Дѣъ = Духъ, глаголя.

Abbreviationes compositae, idest: слово-титла, sunt v. c.:

Гѣъ = Гѡсподь, Чѣла = Чистая, Кѣла = Богородица, рѣство = рождѣство . . .

Littera sic titulo imposita verbi gratia: ѣ, significat vocabulo compendiato signum seu litteram imponendam esse, quae in „titlo“, notatur. Sic in prioribus:

Гѣъ = Гѡсподь, Чѣла = Чистая . . .

Aliquando littera in словотитла apparet alia, v. c.: д, quo significatur, verbum legendum esse in quo littera „д“ elucet. Sic ex. gr.:

Кѣла = Владыка; блала = благодѣтная; прѣбѣнъ = преподѡбенъ; млѣнцъ = младенецъ . . .

Ratio abbreviationis usurpatio terminorum frequentissima est, seu omissio litterarum saepissime in vocabulis vocalium. Sic voces:

Бѡгъ, Христѡсъ, Апѡстоль, Богородица . . .

saepissime in textu liturgico occurrunt, quapropter forma rediguntur compendio notata, quo exercitatis lectio fit facilior et eloquentior. Imo usus contractionum attentionem etiam alleviat, quo fit, ut textus arctius impingi possit.

Modus abbreviandi vocabula alter omissio est litterarum, praepimis vocalium, quo item scopo inservitur prius allegato. Sic ex. gr.:

прѣднѣ=прáведенъ; прѣвнѣ=преподóбенъ; прѣча=предтѣча.

Vocabula sic contracte in textu occurrentia ab auctoribus recensentur quam plurima, quae tamen omitti possunt, cum praxis usui superinstruatur frequentato, cui lectorem remittimus.

Exempla abbreviationum in Staroslavico praeter textum stricto liturgicum, adhibentur quaedam hodie nisi exceptivae, quae tamen in libris inveniri possunt ecclesiasticis, et rationem dant, — ut ita dicamus — stenographiae quamdam. Sic in scribendo applicantur termini saepissime usitati, prout:

ГѢ^с, БѢ^д, ГЛѢ^г...

id est: Гóсподь, Богорóдица, глагóля...

quod meminisse sufficiat.

Dictis addimus in libris antiquissime conscriptis vel typis mandatis vetustissimis, abbreviationes occurrere in praesenti iam insolitas. Contractiones hae nihil aliud sunt, quam abbreviationes vocum, quae nomina sunt litterarum certarum, seu signorum scribendi. Occurrentibus enim sic terminis nisi littera respectiva cum „titlo" adhibetur, quod scribendi compendium dici debet vel maximum atque expressum cum arte. Signum abbreviationis huiusmodi nomen sortitum est speciale, quod de litteris dicitur abbrevitationis specialis. Sic ex. gr.:

Ѣ^с, Ѣ^д, Ѣ^г, et nomen habet:
слово-титло, добро-титло, Ѣ-титло...

Exempli gratia:

ГѢ^си=Гóсподи; БѢ^дко=Владыко.

Sic sententiae etiam exprimi possunt explicitae eaeque notatae brevissime. V. c.:

Ѣ^сѣ н. Ѣ^д. Ѣ^си..., quod significat: Ѣ^сѣ нашѣ Ѣ^дже Ѣ^си...
Vel: к. Ѣ^с. = какѣ Ѣ^стъ...

Abbreviationes huc spectantes ex Alphabeto Staroslavico sunt:

quod nomen est Dei Admirabilis proprium, incomunicatum et nemini applicabile.¹⁾ Seu: $\acute{o}\tilde{\omega}\nu = \text{Сый}$, id est: Ille ad cuius essentiam pertinet τὸ esse, seu qui existentiam exhaurit absolute, id est in cuius conceptu τὸ „non esse” nec existere nec concipi potest. Deus sic existit, ut in eius essentia imperfectio seu τὸ „non esse” nullatenus concipiatur.

Nova forma abbreviationis, quae Crucifixo applicatur, atque est:

Ι̃Η Χ̃Γ Ν̃Ι̃ Κ̃Α

Исѹсъ Христѹсъ нικά; Ἰησοῦς Χριστός νικά.

Jesus Christus victor, id est allusio vexillo de s. Constantino Magno cognito. Cui additur de B. V. Maria:

Μ̃ῖ Ἐθῦ — Μητῆρ Θεοῦ — Мати Божія.

Abbreviationibus reliquis supersedemus explicandis, partim quia hodie nisi in textu typographico inveniuntur, sicque nullatenus scribendo practicae dici debent; partim quia ex usu et exercitio magis cognoscuntur, quam ex praelectionibus rem magis theoretice exponentibus.

§ 20.

De ratione numerica litterarum Cyrillicarum.

Litteris Cyrillicis praeter artem scribendi usus etiam adscribitur numericus, et hoc ex Graeco est.

Ratio dicta non ita intelligenda est, acsi litterae loco numerorum adhibeantur absolute et in communi. Usus litterarum sic assumptus numericus ratione modi usurpandi ecclesiastice arctatus dicendus est omnino. Solent enim vel numeri canticorum, vel cantuum, vel melodiarum, imo paginarum librorum quoque litteris notari, quae sic applicatae rationem habent ordinis numerici.

¹⁾ Ibidem.

Ratio litterarum numerica iuxta ordinem Alphabeti sequens est:

ā	=	1	—	ѦДѦНѦКЪ, (a, o),
ķ	=	2	—	ДВѦ (ДВѦКЪ),
ř	=	3	—	ТРѦ,
ḷ	=	4	—	ЧЕТѦРН,
ē	=	5	—	ПѦТЬ,
š	=	6	—	ШЕСТЪ,
š̄	=	7	—	СЕДМЪ,
ī	=	8	—	ѦСМЪ,
ō	=	9	—	ДЕВѦТЬ,
ī	=	10	—	ДЕСѦТЬ.

Numeri inde a littera ī, seu typis impressa: ī adhibentur ita, ut signa addantur eisdem accipiendo a littera: ā. Itaque numerus: 11. erit: aī, 12. ķī et sic porro usque ad numerum 20-um., qui est: ķ.

Numeri sic ordinati dicuntur:

11. ѦДНѦДЕСѦТЬ,
12. ДВѦНѦДЕСѦТЬ vel ОБѦНѦДЕСѦТЬ,
13. ТРНѦДЕСѦТЬ,
14. ЧЕТЫРНѦДЕСѦТЬ,
15. ПѦТЬНѦДЕСѦТЬ,
16. ШЕСТЪНѦДЕСѦТЬ,
17. СЕДМНѦДЕСѦТЬ,
18. ѦСМНѦДЕСѦТЬ,
19. ДЕВѦТЬНѦДЕСѦТЬ,
20. ДВѦДЕСѦТЬ.

Incipiendo inde a numero: 20, ratio numerandi aliquatenus mutatur, quatenus numeri inde a 21-o usque ad 29-um, ponuntur non ante litteram ķ, qua signum 20-i, sed illi subsequuntur. Erit ergo numerus: 21. = ķa, 22. = ķb, et sic porro. Ratio est modus exprimendi numeros. Dicimus enim: 11. ѦДНѦДЕСѦТЬ, 12. ДВѦНѦДЕСѦТЬ, 13. ТРНѦДЕСѦТЬ..., sed post 20-um ita loquimur: 21. ДВѦДЕСѦТЬѦДѦНѦ, 22. ДВѦДЕСѦТЬДВѦ... etc.

Ratio eadem servatur generatim in numerandis numeris inde a 1. supra decimum respectivum, usque ad numerum 9-um in ordine decimo (v. c. centum et unum, centum et undecim...)

ДВАДЕСАТЬ ТЫСЯЩЬ (Б), vel: ΔΒΚ ΤΜΚΙ. Sic: 100.000 erit Λέγεονη, ΔΒά Λεγεονα, Τρη Λεγ., Четкίρε Λεγ., etc.

Ad numeros maiores applicantur signa nova. Sic: 10.000, est vel: (Δ), vel nova nota: „ĩ“, et ita erit ulterius: 20.000 (Б), 100.000 signum habet: (Δ), 200.000 (Б) ... etc. Numeri tamen hi iam nullatenus practici dici possunt, raro enim in usu liturgico occurrunt. Adhibentur nisi in iis locis, ubi in S. Scriptura occurrant. V. c.

„КАКѠ ПОЖЕНѢТЪ ѢДИНЪ ТЫСЯЩЦЫ, ꙗ ДВА ДВѢГНѢТА ТМКІ“⁽¹⁾

Vel:

„ТЫСЯЩА ТЫСЯЩЪ СЛЖАХЪ ѢМЪ ꙗ ТМЪ ТЕМЪ ПРЕДСТОАХЪ ѢМЪ...“⁽²⁾

Litteris quatenus numeros significant, semper superponitur sic dictum: титла, quod est: \sim , ita ut littera „Δ“ cum superimposito: \sim seu: „ā“ eo ipso numerum significet: 1. Et distinguitur a signo abbreviandi³⁾, ex contextu exposcente numerum vel aliud quid.

Signum dictum, i. e. \sim , originetenus ex binis constabat punctis iuxta modum libratum adhibitis, seu: (. .), quae coniuncta seu contracta pedetentim, formam accipere novam, quae forma moderna est τού титла: et sic formatur: \sim . Titla hodie formam constituit ad monstrandos numeros generatim.

Addendum est, rationem numericam in Codicibus antiquissimis ita adhiberi, ut numerus anni sumeretur ex superimposito numero mundum a Christo Domino nato anno conditum fuisse: 5508. Sic ergo numerus anni currentis esset: $5508 + 1941 = 7449$, vel litteris expressus: ,ЗV^ΣΛΘ, hoc tamen in praesenti adhibetur iam nullibi. Adnotatio nostra ergo respicit nisi usum Codicum, et non rationem numerandi moderne. Imo usus litterarum ad designandas paginas librorum etiam novissime in desuetudinem positus est, quatenus paginae librorum liturgicorum nostrorum

1) Deu 32. 40.

2) Dan. 7. 10.

3) Cf. pag. 85.

nunc temporis numeris signantur consuetis. V. c. in editione Euchologii, Romae, ex a. 1873., ubi paginae numeris signantur practice nobis consuetis.

Usus litterarum numericus in Alphabeto Latino non adhibetur, nisi ad ordinem exprimendum. Sic v. c.: a. b. c. d...., hae tamen litterae non numeros significant, sed ordinem punctorum sibi subsequentium.

Sit breviter adnotatum, litteras Glagoliticis item habere rationem numericam, quae in tabula¹⁾ addita notatur. Ratio dicta fere eadem est, ac in litteris Staroslavice Cyrillicis.

§ 21.

De signis quibusdam verbis in textu superimponendis.

Scrutando textum liturgicum signa quaedam in eodem invenibus specialia, quae vel constructionem significant textus grammaticalem, seu signa sunt interpunctionis, vel in singulis vocibus seu vocabulis aliud quid significare solent. Prima certe magni momenti dicenda sunt. dum de aliis affirmandum putamus, eadem in usu moderno haud ullum habere momentum.

Textus in Codicibus antiquissimis saepissime ita ab amanuensibus descriptus apparet, ut signa nobis in legendo maximo auxilio inservientia vel nullibi, vel adhiberentur rarissima, vel nisi in fine enuntiationis applicata. Imo dantur Codices, in quibus certis locis verba ipsa, seu voces simul conscriptae seu appareant sibi invicem applicatae, quod lectu gravissimum esse nemo certe negabit. In aliis Codicibus vero nisi in fine sermonis seu propositionis signum quoddam invenitur sententiarum. Signa haec originetenus non lege stabilita, labentibus temporibus usu confirmabantur, illa tamen iuxta consuetudinem aliorum varia a nostris esse iudicantur. Sic s. c. penes Graecos signum interrogationis ab exordio formam habebat propriam, seu: (;), loco formae nostrae, quae est: (?). Forma haec in textu Staroslavico

¹⁾ Cf. pag. 76.

asservata interdum adhibetur, praeprimis in libris antiquioribus, applicata secus hodie forma signi omnibus communi, seu: (?). Signa haec in fine sententiarum erant vel formae puncti, seu: (.), vel crucis: (+), vel alterius etiam, v. c.: (∞), loco quorum in praesenti applicatur ubicunque punctum, illudque in infimo verborum, seu litterae ultimae adhibitum, ad distinguendum signum in superiore parte litterae applicatum, quod significationem hodie illam habet, quam signum nostrum sic applicatum: (:).

Ex usu Graecorum signa in textu liturgico retenta sunt alia quoque, quorum notissima sunt: spiritus lenis: (´), et spiritus asper: (˘). Signa haec in stylo Slavico significationem habent quidem hodie nullam, retenta tamen sunt, ut ratio exprimaturn tum antiquitatis, tum relationis ad textum signorum a Graecis applicatorum olim. Sunt enim libri nostri Staroslavice usitati ex idiomate transpositi certe originali Graeco. De usu pratico tamen nullatenus notanda, cum in praxi revera nullam habeant significationem. Retenta sunt a s. Cyrillo unice, quia eadem rationem signorum sic in Graeco adhibitorum suo tempore practicam habebant adhuc.

Demum notandum est signum in textu Liturgico antiquorum quod est: (˘) et adhibetur loco litterae: x. V.C. $\text{лѣ} = \text{лѣ}x$, seu „Boh,, in quo duplex contractio apparet. Prima est omissio litterae: o, altera signum recte nunc pertractatum, seu: ˘ ad designandam litteram: x.

§ 22.

De accentu verborum.

Maius momentum tribuendum est signo sic dicto accentus, quo verba seu voces pronunciari dicendae sunt practice. Signa haec vel sunt acuta vel obtusa seu tarda. Forma priorum est: (´), seu comma rectum, forma posteriorum vero est: (˘), seu comma obliquum.

Ratio signorum accentus duplex est. Vel generatim ad exprimendum applicantur accentum ipsum, vel ad distinguendas verborum formas alias. Et quidem vel acuta, vel obliqua. Illaque vel cum spiritu leni, vel cum spiritu aspero. De primis sciendum

est, illa applicari syllabis apparentibus concludere, et quidem acuta: in syllabis, quae vocalibus terminantur, adhibentur obliqua.

His addenda est ratio ad designandas verborum formas, quae expressione apparent eadem, significando tamen aliae sunt. Itaque ad describenda verba applicantur signa alia et alia.

Exempla rem manifestabunt clare.

Signum accentus acuti est in voce v. c.: Δῶχξ, accentus obliqui vero in: ραβὰ. Ad designandas formas ex. gr.: ἦμξ, = cum eo, per eum et in forma: ἦμξ, quae significat plurale, seu significat = illis.

Datur signum accentus exprimens sic dictum: κάμορα (kamora) quod est: (°), Applicatur ad distinguendas formas quasdam gramaticales, prout in voce: genitivi singularis: ρήξμ et in plurali eiusdem vocis nominativo, accusativo et vocativo: ρήξμ. Signum hoc applicatur maxime in duali et in plurali.

Regulis de accentu intime nequitur applicatio accentus in verbis sic dictis: ἄτονα. Illa sunt verba seu nomina, quae in nexu cum aliis nominibus accentum suum omittunt, respective cum accentu nominum sive antecedentium sive subsequentium variant, dicta ante nomina fundamentalia: ἄτονα, subsequendo vero illa vocantur: ἐγκλιτικά.

Ἄτονα sunt verba negandi: не, ни.¹⁾ copulae: а, ѱ, да, но; adverbia non coniuncta: ѿ, на, подъ.

Ἐγκλιτικά sunt: copulae: во, же, ли;: pronomina pronominum personalium formae unius syllabae. V. c. ми, мя, ти, тя, ны, вы, ...: ex pronomine reflexivo: си, ся, ... Ex verbo auxiliari nonnullae formae: бѣ, бѣхъ.

Ἐγκλιτικά coniuncta cum voce finita cum accentu obliquo, permutant accentum in acutum. Verbi gratia: спасі ма.

Regula generalis exceptionem patitur in casu:

a) si duo atona coniungantur, tunc alterum accipit accentum obliquum. Ex. gratia намὰ, не бò.

b) Ἐγκλιτικὸν: τὰ — in initio pronuntiationis accentum acutum habet. Sic v. c.:²⁾

¹⁾ Vox negandi: ни in fine pronuntiationis accipit accentum obliquum. V. c. аѱе ли же ѱи ...

²⁾ Cf. Dr. Karchut, l. c. pag. XVII-XVIII.

De accentu addendum est, illum iuxta genium populorum variorum factum esse ex usu cotidiano alium et alium. Sic Rossiani habent accentum in legendo proprium, qui ab illis usitatus, influxum exercebat in pronuntiando textum adhibitum ecclesiasticum quoque. Aliae nationes accentum adhibentes alium, a Rossiano diversum, textum liturgicum scripserunt vel imprimi fecere accentum redolentem novum, seu nationis respectivae proprium. Sic distinctio est inter libros Russorum et Serborum, vel nationum Slavicarum aliarum etiam.¹⁾ Cum tamen libri hodie maxima ex parte typis mandarentur a Rossianis, per se patet, accentum etiam novitus signari modo ab antiquo hic-illic diverso. S. Sedes Apostolica evocabat Episcopos et per Commissiones speciales materiam iam praeparari curabat librorum liturgicorum novam, in quo opere leges accentus etiam servandae sunt adamussim, quapropter sperandum nobis est, quaestionem hanc in Ecclesia Orientali solvendam esse iuxta regulas de accentu generales, quae editio librorum ad ipsos etiam influxum suum exaratura censenda est Orientales non unitos, siquidem editionibus propriis ob circumstantiarum difficultates orbat, libris utendum habebunt illi etiam librorum sic edendorum nostrorum, quibus influxus in eosdem sanus affirmandus est de facto maximus.

Differentia respectu accentus in libris liturgicis evanescere coepit, siquidem Serbi v. c. iisdem utuntur hodie libris liturgicis, qui in Russia typis vulgabantur, ex quo fiebat, accentum in suis editionibus etiam in praesenti usitatum esse ratione ab illis servata, arti secus Rossianae similis. V. c. ср. Часословъ, Bielogradi 1913. impressum.

Regulae ab auctoribus, quomodo vocabula accentuari debeant, concipi solent variae. De his adnotari sufficiat, illa dexteritatem manifestare; cum tamen excogitata et ficta sint, praxique difficillima, ideo eadem omittimus, remittendo lectorem ad praxin, seu ad ipsum idiomatis Staroslavici usum, qui optimus rerum magister censendus est pro omnibus.

¹⁾ V. Evangelijum edit. Leopolit., a. 1838., in quo vox: народъ, consequenter et ubique notatur accentu nobis insolito, seu: нѣродъ, loco accentus regularis: народъ.

His influxus nullatenus negandus est nationum aliarum, quarum usus regulas verba pronuntiandi cum accentu confirmavit alias. Ex usu cotidiano et consuetudine influxus factus est in applicando accentum, quod maxime experimur apud nos, qui pronuntiationis antiquae obliti, hodie sensum accentui pandimus in pronuntiando fere nullum. Quod tamen non esse solutum optime, in obvio est omnibus.

De determinando verborum accentu aliquando error vel persuasio partes habebat erroneas. Sic v. c. in libris liturgicis Galicianis in ekteniis oratio: ГѦС ПОМОЛНМСѦ, significabatur cum accentu malo, et quidem sic: ПОМОЛНМСѦ, acsi ex analogia imperativi accentus mutandus esset addendusque novus, seu: ПОМОЛНѦСѦ, ex quo: ПОМОЛНМСѦ. Error tamen hic per decennia, imo saeculum iam perdurans et tyrannidem exercens in animos suam, novissime aboliendus censendus est, siquidem Commissio Liturgica Leopoldiensis errorem antiquorum cognoscendo, in praeparata librorum ecclesiasticorum materia, ex decenniis praecedentibus vagantem emendandum decrevit, quod omnino rectum iustumque esse agnoscendum est ab omnibus.¹⁾

§ 23.

De venustate dicendi et de perfectione idiomatis Staroslavici.

Vix idioma inveniri testamur, formis eloquentiae ac arte loquendi ditatum perfectumque adeo, quam lingua venustatibus gaudens dicendi excellensque Staroslavica, pulegio dans occasionem omnibus, qui eadem in cultu ecclesiastico usi fuerint et liturgico.²⁾

¹⁾ Cf. proictum Commissionis Lit. Leopold. de textu librorum liturgicorum S. Sedis Apostolicae ad imprimendum praesentatum.

²⁾ Ut Ut venustatem idiomatis nostri argumento probemus externo, en testimonium ex Conc. Tridentino, quod sequens est: Stanislaus Hosius, Cardinalis S. R. E., sessione XXI-XXII haec loquendo habuit: Quamlibet autem nos ipsos amemus (Polonus erat), tamen fatemur illud necesse est, Slavonum, aut Dalmatarum linguam elegantiorum esse, quam sit nostra; et si praecationes et sacras lectiones in vernaculam transferri linguam oporteret, in eam potissimum transferendae sint, a qua nostra (intellige: Polona!) duxit originem, quae praestat etiam ceteris elegantia; cum praesertim Dalmaticae lingua sacros libros Hieronymum vertisse constet. „Cf. Jelič, 1. c. saec. XVI. pag. 24. sub Nro 110. 1562. V. ibidem, Nr. 111-115. pag. 25-28.

Ad thesin nostram probandam gemmas sufficiat hic ostendere formarum atque abundantiarum, prout in lingua occurrunt Staroslavica, pulcherrimarum.

a.

Perfectio idiomatis Staroslavici ex versione patet textus Biblici, ex quo sufficiat specimina quaedam videre, venustatem dicendi prae aliis linguis, imo idiomatis Graeci quoque probantia

Sic:

Gen. 1. 2. sic habetur:

In Vulgata: „et tenebrae erant super faciem abyssi.“

in LXX.: καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. =

in Staroslavico vero: тма̑ вєрхѣ̑ вєздни. =

Ibidem cap. 2. v. 6.:

„atque irrigans universam superficiem terrae.“

„καὶ ἐπότισε πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.“ =

„ἡ παπαλίηε κє̑ лицѣ̑ землѣ̑.“

Item: Gen 13. v. 6.:

„Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul...“

„καὶ οὐκ ἐχώρει αὐτούς ἡ γῆ κατοικεῖν ἄμα.“ =

„ἡ не κѡтѡцѡше ἡ̑хъ землѣ̑ жѣти вкѣ̑тѣ̑.“

Vel ibidem: cap. 15. v. 16.:

„usque ad praesens tempus...“

„ἕως τοῦ νῦν...“

„...до̑ н̑кѣ̑тѣ̑.“

Iterum: Exod. 32. 17.

„ululatus pugnae auditur in castris...“

„φωνὴ πολέμου ἐν τῇ παρεμβολῇ.“ =

„гласъ̑ р̑тъни̑ въ̑ полцѣ̑кѣ̑.“

Adde: Reg. 1. 20. 6.:

„... ibi sunt universis contribulibus suis...“

„ἐκεῖ ὄλη̑ τῇ̑ φύλ̑...“ =

„тамъ̑ вє̑мѣ̑ п̑лѣ̑мени.“

Aut: Eccu: 24. 45.

„da mihi paululum bibere...”

„πότισόν με.” =

„напой мѧ.”

Sint prolata loco universorum, ex quibus patet perfectionem linguae Staroslavicae talem esse, ac linguae Graecorum classicae, imo hic-illic superare virtutem idiomaticis ipsius Latini.

b.

Quod attinet venustatem ipsam formaliter sumptam, ex documenta:

1. In Sraroslavico habetur usus pulcherrimus adverbii: **ѣже, ѡже, ѣже.**

Quod exemplis monstratur:

Оче нашъ, ѣже еси на небесѣхъ. —

ѣже херувимы тайнѡ образюще...

Гдѣ щедрый, ... ѣ благій въ крѣпости, въ ѣже помогати...¹⁾

Црю нѣный, Оутѣшителю, дѡше истины, ѣже²⁾ вездѣ сій, и вем исполнѡмѡ...

ѣже сій сїаніе славы ѣ образъ иночаси егѡ...³⁾

Бѣ свѣтъ истинный, ѣже просвѣщаетъ вѣкаго челоука градѡщаго въ мїрѡ...⁴⁾

2. Ad divitias formarum temporum pertinet usus dualis.

Sic:

ѣзѡде же Петръ ѣ дрѡгій оуѣнкѡ ѣ ѣдѡста къ гробѡ. Течѡста же ѡба вкѡпѣ.⁵⁾

ѣ глаголаста еѣ ѡна: жѣно, что плачѣшисѡ; глагола ѣма; ѣкѡ вѡша Гда моего, ѣ не вѣмѡ, гдѣ положиша егѡ...⁶⁾

1) Mol. ierej. vec. 1.

2) Quidam volunt formam hanc omittendam esse, cum variatio quaedam sit nominativi cum participio. Sed pessime, quod patet ex Hymno Cherubim, qui ab illis etiam sic canitur: ѣже херувимы тайнѡ образюще... Quod ad redarguendam adversariorum concipiendi rationem sufficit.

3) Hebr. 1. 3.

4) Jo. 1. 9.

5) Ib. 20. 3-4.

6) Jo. 20. 13.

И наречѣ ѡма ѡменѧ Боанергестъ.¹⁾
Тѳчїю ногѧма моѡма да преѡдѧ...²⁾
Не оѡ бо вѣдѧхѧ писѧнїѧ.³⁾

3. His accedit usus casuum variorum.

Sic:

a) genitivus partitivus:

ѡще дѣлѧ не бѣхѧ сотворїлѧ въ нїхѧ...⁴⁾
сосѣдѧ... полнѧ ѡцѧ...⁵⁾

b) Forma negationis per: не et gen.:

грѣхѧ не бѣша ѡмѣли...⁶⁾
слѧвы дѣтѧ челѳвѣкѧ не прїѣмѧю...⁷⁾
не ѡмамы царѧ...⁸⁾

c) Dativus attributionis:

тѧмже мѣра да бѣдетѧ ѣдннѧдесѧти опѧнамѧ.⁹⁾
наречѣсѧ ѡмѧ мѣстѧ томѧ...¹⁰⁾

4. Dativus possessionis:

ѡ бѣдетѧ ѣмѧ...¹¹⁾
ѣнка ѣмѧ сѣтѧ...¹²⁾
своѧ бо ѳтцѧ твоѣмѧ ѣсть...¹³⁾
Гѡдѧ ѡмѧ ѣмѧ...¹⁴⁾
сѣѧ сѣбѣѡтѧ, покѡѡ Гѡсѧ...¹⁵⁾
ѣмѧже ѣсть...¹⁶⁾
сѣбѣѡтѧ Гѡсѧ кѣсѧ твоѣмѧ...¹⁷⁾

5. Forma archaistica accusativi:

ѡ да возлїѣши ѡ (loco: ѣгѡ)...¹⁸⁾
ѡ ѡвлѣчѣши ѡ (loco: ѡхѧ)¹⁹⁾

6. Eadem in casu instrumentali:

наполнїте водѡнѡскѧ водѧмѧ...²⁰⁾

1) Мт. 3. 17.

2) Deu. 2. 28.

3) Jo. 20. 9.

4) Ib. 15. 24.

5) L. c. 19. 29.

6) Ib. 15. 22.

7) Jo. 5. 41.

8) Ib. 19. 15.

9) Ex. 26. 8.

10) Ib. 15. 23.

11) Lev. 27. 15.

12) Ib. 27. 28.

13) Lev. 18. 12.

14) Ex. 15. 3.

15) Ib. 35. 2.

16) Deu. 4. 7.

17) Ib. 5. 14.

18) Ex. 29. 7.

19) Ib. 29. 8.

20) Jo. 2. 7.

c)

Dein variae constructiones.

Sic:

1. Dativus absolutus, ad analogiam in Graeco genitivi absoluti, vel in Latino ablativi absoluti.

ТОЧІЮ НДШЦС ТЕБѢ СЪ НАМИ.¹⁾

ВХОДАЩСЪ ЕМЪ ВЪ СТОЕ.²⁾

НИКОМЪ НАПАДАЮЩСЪ...³⁾

БѢСТА ЖЕ... ОУМРЕТИ НИЦЕМЪ И ПЕСЕНЪ БѢТИ ПРѢЛЫ...⁴⁾

2. Forma pulcherrima est usus infinitivi, quo scopus operis exprimitur.

Verbi gratia:

ѢЖЕ ПОДЪИМАТИ ЕГО...⁵⁾

ВНЕГДА ѠСКВЕРНИТИ ВАМЪ Ю...⁶⁾

ВНЕМАЙТЕ СЕБѢ НЕ ВХОДИТИ НА ГОРС...⁷⁾

Vel in Missa s. Joannis Chrysostomi:

ИЖЕ МІРЪ ТВОЙ ТАКО ВОЗЛЮБИЛЪ ЕСИ, ѢКОЖЕ И БНА ТВОЕГО
ЕДИННОРОДНАГО ДАТИ...⁸⁾

Videtur defectus sensus formarum pulcherrimarum esse, partem hanc orationis in editione Missalis ex anno 1899. Leopoldiensis formatam esse cum praeterito: ДАЛЪ ЕСИ.

Quod certe minime commendabile pro futuro, quia formae venustatem idiomatis probantes non tantum retineri debent, sed cum applausu sustentandae sumendaeque sunt ab omnibus.

§ 24.

Momentum idiomatis Staroslavici.

Explicatio et evolutio idiomatis cuiuscunque res est non momentanea seu confestim facta, sed effectus operum saeculorum.

1) Ex. 33. 16.

2) Lev. 16. 23.

3) Ib. 26. 37.

4) Lu. 16. 22.

5) Ex. 27. 7.

6) Lev. 18. 28.

7) Ex. 19. 12.

8) Missa s. Joann. Chrys. oratio ante consecrationem.

Assertum exempla probant idiomatum modernorum sin' exceptione cunctorum.

Haec prae oculis habendo, factum apparet nobis vix ac ne vix quidem explicabile, quod est:

Linguam Staroslaviam — si excipias usum eiusdem liturgicum et biblicum — ratione litteraturae propriae eadem carere certe. Non enim est litteratura, quae formaliter evolutionis operam novasset idiomatis Staroslavici.

Ex defectu litteraturae difficultas oritur, quae sequens est:

Quomodo idioma Staroslavicum explicandum sit utpote causis naturalibus evolvendo carens, gradum tamen perfectionis manifestans, qui gradui idiomatum cultura vel maxima expolitorum aequatur?!

Difficultas haec ab aliis solvitur aliter.

1. Sunt qui dicunt, linguam Staroslaviam arte constructam esse a ss. Cyrillo et Methodio, ad analogiam linguae Graecae, Sanctis nostris optime cognitae.

2. Alii affirmant, idioma Staroslavicum nihil aliud esse, quam imitationem linguae Graecae, tum ratione formarum grammaticalium, tum ratione constructionis verborum et regularum, quae ex idiomate mutuata erant exemplari.

3. Non desunt, qui quaestionem seu aenigma nostrum causa explicare volunt altiore, asserendo idioma Staroslavicum ex suggestu creatum esse Sanctis nostris divinitus dato.

Allatorum nullum fundamento superstrui firmo, clarum debet esse omnibus.

Ad primum.

Constructio seu formatio idiomatis Staroslavici a ss. Cyrillo et Methodio fieri potuit vel arte humana, seu dexteritate naturali, vel ex inspiratione Dei.

Sed horum neutrum.

Non inspiratio superna, quia de tali silent tum Ecclesia tum traditio humana. Nec ratio inveniri potest, quia Deus dedit quidem homini donum inspirationis in scribendo et intra ambitum huius, posito conceptum quemdam nisi unica voce exprimi posse eaque ante inspirationem homini impervia, verborum etiam,

non tamen dedit facultatem respectu linguae cuiuscunque inspirando assequibilem. Esset miraculum unicum et idioma Staroslavicum extollens adeo, ut elationem talem nec amici linguae Staroslavicae somniare potuerint unquam pronissimi.

Artem humanam, seu causam pure naturalem eamque in Sanctis nostris datam specialem, excludunt vires humanae, quae — accedente revelatione divina, — testando quidem probant, homini datam fuisse virtutem loquendi, non tamen eandem in subiecto extendi ad totum idiomatis sic artificiose componendi aedificium. Res inaudita et superans terminos facultatum humanarum omnes, quam ob causam hypothesin hanc quoque excludendam esse negari non potest.

Ad secundum.

